Jonus-bey yst czw myr kumen frw ; hoth myr geszaget kleich wy gester : hoth mith ym Bassa gereth, von Szachen Ko. Math. und von meynner Abfertungen und das der Konig Szeynn Genade hoth recht gethon das her seynn Bothszafft sicket czw dem Keysser. Off dys hoth Jonus geanthworth: Konig von Polen wyrth nicht szych szo unbillich halden, wy Walacha gethun hath; wenthuorinne Konig von Polen yst eynn Herr ausz greszen und edlen Geschlechte und ausz Fundame[n]t verstandick. Imbraim szul geredt haben, derweyl ander cristlichen Herren szeynes Rots gebrawchen, an Czweywel kan her sych nichcz weniger wol rotten. Noch der Molczet we Obende, haben Bryff von dem Walacha oberontwort dem Bassa dy szelbyege dy seyne Szachen hy handeln ; welche Briffe vurden auszgeleth off turckis, und stuntdt dorawff gesreyben das der Woiewode tuth tzw wysszen dem Keyszer, der Konig von Polen czayth mith drey Hauff in das Landt czw Vorterbenn, „welches Land nicht meynn yst, szunder Keyszers", und leth dy Szache off dem Keyszer, und frageth was er thun szal ; hest ym der Keyszer das Landt wydergeben, das wyl her och thun, ab szchon szeyn watterlich yst, und sich selbyst muthwillick under ym gegeben. Was szy vor Anthworth oberkumen haben, das was ich nicht, und yst mer der Bothe kumen ethwas czw erffen wen ausz Nothen dorfft. Eynn Ormener hot Vasszyl Tulmacz geszageth das der Bothe aussz der Walachey bestelt, das man derwaren szal welchen Weg das ich reythe wer, und wunder sich wo ich dorch kumen byn das man von myr nyst horeth wider Wege, und ich reth dorch grosze Welde und grosze Szny das ich wer ym meynn Hals kumen mith meynnen allen wy vor Euer Gnaden gesreben habe ex Nicopolis; welche Bryffe sicket ich mith Statolio ader mith Broderick.

Decima nona aprilis.

Noch der Malczet ym Wesperczäyth byn geritten czw dem Imbraim ; under Wege haben mich begegenth dy Wa-

lachen welche hy mith Bryffen szeynn, wy ich vor geschrieben habe. Do szulde in das Bassa Hoff eynn Reyther byn abgeszeschen in dem Lecherthor, und wenig weyther off der Trepe seynth czwene in szeyden Kleyder mith Kaylen kumen und legethen Depbicht dornider, und ich szas eynn gude Weyl, [e]he ich vorhorth war...

Das yst das erszt Worth das emhphangen : Wy vil Tage yr seyth aussgerite ? Item yst och Wynter gewest wo yr gerothen szeyth ?...

Dornach hoth her myr losszen szagen, szo ich eynnen Bevelen heth von Ko. Math. yn dem Anbregen der Bothszafft ; do ich off das Artickel kumen was das sych der Woiewode berumeth das er das mith Wyszen und Wyllen das Keyszers gethon hoth, und gelobeth alle Ko. Math. Landen enthwälen mith Macht und Hylffe der Lawthe des Keyszers, — der Bassa begundte mith dem Hapbt czw Gutte off mich und off Tulmacz, och off dem Jonusszbei : es szeynth unser Man drey gewest. Als ich nu dy Bothszafft vor Enth habe, szageth myr dy Worthe der Tulmacz nicht durch ocasione : Myr hoth Keyszerlich Genode bevolen alle szeynn Wolck und Underthanen und Dyner ; wen ym Hylffe szulde geszchen ader gegeben, ich wurde vor der van wyszen ; wer hoth ym das bevolen czw thun, ader wer hoth ym czwgeszreyben das czw thun ? Yst her doch nicht wyrdick das Keyszers Bryffs, derweyl her szeynn Underthan yst, unnd Keyszers Worth yst harther wen Kopper ader Szonne ; szo her das szageth ader szreiben noth, szo lauckte her, und wyr haben dys nicht langck derwarenn was her gethon hoth ; ist wor das er czw uns gesicket hoth und gebette das myr ym czwlossenn szulden, szeynn watterlich Landt czw nemen ; wyr habens ym nicht czw geloszen, wyder den Fryeden und Anstant, welchen Ko. Math. mith uns hoth. Dy Worthe hoth Bassa repetirt und gesprachen mol ader drey das her her laugeck. Dor noch frogeth her czw, wem szick der Walache eynn szulchen Bryff als dw szagest. Ich anthworth: Szeyn Ko. Math. und ander mer dy ich mith meynem Ogen geszen haben.

und warren rawsz geszrieben und off polnysz ausgeleth. Darnoch frogeth her wy gros yst das Landt, heith der Walache noch; ich antworth „ad propositum“. Her szaget wyder, das szchon nicht vonnethen wer under Freunden Bothszafft czw sicken, szunder ym eynes Beszuchen der Geszuntheith. Do ich Ko. Math. Bothszafft vorenth habe, hub her muthwillig von Euer Gnaden czw reden, und ich szaget ym von Euer Gnaden wy Euer Gnade szeyne Finthszafft acht und szeyn allerkleynste Bryffen yn Errem behelt, etc.

Ex Constantinopoli, raptissime, decima nona aprilis, anno 1531.

Eiusdem Vestre Illustrissime Dominationis servitor et creatura: Iohannes de Oczyessyn.

[V-o:] Handlung des geschigktenn Koniglicher Mt. zu Polen an Turgken. 1531.

(Königsberg, *Schrankbuch*, 38, 11.)

XXXI.

[1531.]

De victoria comitis a Tharnow, etc., ut Cesar confirmet literis, iam episcopo culmensi expositam.

Christofforus Schidlowiecz, die qua supra.

Tametsi Illustritatis Vestre litteris respondimus per nunctium quem eadem miserat, tamen, cum presens Regie Maiestatis nunctius citius venturus est, facere non potuimus quin et per hunc scriberemus. Ineffabili gaudio nos affecerunt tam preclara gesta Magnifici d. comitis de Tharnow, quem ob suas praeclarissimas virtutes multum veneramur et colimus videmusque magnificum solatium esse nobilissimi regni Polonie et sua industria validum munimentum adversus omnes hostium insidias. Congratulamur itaque Regie Maiestati et Illustribus et Magnificis omnibus regni proceribus totoque populo Polonie quod accepit a Domino virum tam solertem, tam sapientem, tam fortem et strenuum cum summa industria, qui vel Alexandro Magno vel Scipione Africano comparandus venire possit.

Et singulariter Illustritati Vestrae quod adepta est talem generum, ex quo habitura est tam claros nepotes, in gloriam etiam familie sue. Gratias itaque iterum agimus Illustritati Vestre quod tam alacria nobis comunicaverit illisque nos exhilaraverit. Misimus Eiusdem Illustritatis Vestre literas una cum aliis hoc significantibus Montem Regium consiliariis nostris, ut laudarent dominum publicarentque universo nostro populo...

Datum ut supra.

[Pp. 140-2 :] Congratulatur comiti de parta victoria.

Ioanni comiti a Tharnow, ut supra. Accepimus a Regia Maiestate, domino nostro Clementissimo, literas quibus singulari clementia factum putamus quod nobis significaverit quo[modo] binis conflictibus exercitus Maiestas Sue industria et foelicitate eximia Magnificentie Vestre perfidos hostes apud Pokutziam adeo profligaverit ut, erepto eis precipuo signo, exercitus illius dominus duobus gravibus vulneribus saucius vix evaserit. Eadem accepimus ab Illustribus et Magnificis et Generosis d. Christophoro et Nicolao a Schiedlovietz, altero domino cracoviense, altero vero regio thesaurario, affinibus M. V., fratribus meis charissimis. Que res ingentem nobis facit letitiam et maiorem quam credi possit. Cum quod hec acta sunt per Magnificentiam Vestram, cui multis causis precipue praeclara illa gesta favemus, partim quod semper singulariter eam coluimus, partim quod nobis est facta devinctior propter Illustrem et Magnificum fratrem nostrum, charissimum Cristofferum a Schidlovieçz. Tum quod cognovimus eam maxime saluti esse toto regno Polonie, quo his temporibus nihil magis salutiferum contingere potuerit, que res merito omnibus regni subditis solatium pariat, veluti et nobis non mediocre peperit, tum vero quod certum omen putem incrementi nobilissimi regni Polonie, quo posthec semper hostes suos sit subacturum imperiumque propagaturum. Eius gratia cum essemus in heremo nostro, venientes literas illas, tam praeclara gesta Magnificentie Vestre conplectentes, statim misimus Montem Regium consiliariis nostris ut ea nobiscum gauderent con-

gratularenturque Regie Maiestati, domino nostro Clementissimo, atque Magnificentiae Vestrae, fratri nostro charissimo, laudarentque Dominum ob misericordiam suam magnam, cuius nutu aguntur omnia. Nos etiam summas agimus gracias Omnipotenti Deo quod tam propiciis oculis respexit fideles suos dignatusque est Magnificentie Vestre dare animum tam solertem atque industrium sapientemque cum vera fortitudine, quo tam egregie fudit fugavitque perfidos hostes sanguinariosque homines. Magnificentiae Vestrae paterne congratulamur preque letitia pene exilimus, cum ipsi singularissime hoc honoris favemus cupimusque posthac astare lateri periculumque ipsi facere et, quando opus esset, quemadmodum sepe sic fieri solet, ipsam defendere obiicereque corpus nostrum pro corpore eius. Hoc serio scribimus, et libentius re ipsa ostenderemus quam literis. Macte igitur virtutis esto Magnificentia Vestra pergatque sic ab clarissimo ipso facto ad nobiliora. Quod semper cupimus. Orabimusque dominum Deum nostrum ut hoc perficiat secundetque, ut non solum posteris suis, verum et toto regno decori et glorie futura sit perpetuo. Nos itidem Clarissime Maiestati Vestre fraterne commendamus offerimusque omnia nostra obsequia eidem semper paratissima.

Datum ut supra.

(Ibid.)

XXXII.

Cracovia, 31 Ianuar 1532.

„Ioannes, comes in Tharnow, Palatinus Russiae et regni Poloniae exercituum Imperator.“ Mulțămește duceluĭ pentru present, trimes prin solĭ la rege.

(Original.)

Cracovia, 1-iŭ Iunie.

Scrisoare de ceremonie de la „Ioannes comes in Tharnow, capitaneus Reipublicae“, etc., către duce.

(Ibid.)

XXXIII.

Cristofor de Schidlowiecz către duce.

„Ex nova civitate Korczin, feria tercia Pasche [2 aprilis], anno D. MDXXXIj."

Îi moare luĭ Schidlowiecz „filiola", fratele Nicolae și „unicus filiolus Christophorus".

Lupte cu Tatariĭ la Cercass, ale luĭ Ostafie.

„Moldavus in pace se continet, sed querit modos quo ulcisci cladem anno supero acceptam, quod illi non prosperet Deus, possit. Unde cum Tartaris et Moscovie duce per tanta [=pertentat] facere et inire amiciciam novam."

Sultanul ar fi la Dunăre, contra Ungarieĭ.

(Ibid.)

XXXIV.

Cristofor de Schidlowiecz către duce.

Cracovia, 6 Iunie 1532.

Se așteaptă sol de la Sultan.

Cracovia, 12 Decembre.

Sol polon la Poartă. A scris și Sultanul către rege.

(Ibid.)

XXXV.

Petru Opalinski, castelan de Lend, către ducele Albert; Wilna, 4 Novembre 1533.

....Nuncium Valachi de pace tractaturum expectamus in dies. (Prada Tatarilor cu noul Han în Moscovia.)

(Ibid.)

XXXVI.

Magniffice domine et domine, amice generose et honorande, sanitatem V. M. in dies libenter audire cupio et opto. Quam Deus Omnipotens Vestram Maiestatem longa in tempora prestare dignetur. Bych pisal W. W. nowyny czo szei

w Wegrzech stalo albo dzyeye, tak mam baczycz ze V. W. V. wschythki nye sa tayne, jedno my powiedzial kxyedza Biskupa Wylnyenskyego posel, ktory tymy czasy wyial od Woyewody Walaskyego, yz patrzyl na nyelaskawe zgubienye Grytha yako gizgubili hethmanowie krolia Januscha y Woyewody Walaskyego. Naprzod po ranu vcziali mu rancze (?) ze (?) takze go nyechaly, potym v poludnyu nogi, a przed wyeczorem do g *(sic)* scziacz a na vstatek go czwiertowali; u Woyewody Walaskyego iego dwa synowie sa. Czo s nymy vezyny (?) nye wiedziech.

O turku tak iest slawa jestlize pewna, iz z wielka sskoda a utrata lyudzy wycziagnal z krolyestwa persyskiego, y iest w Nathuli, y. Tensluch iest, zeby starssy syn y Ebreym Bassa z nyemala summa liudzy od nyego odstampili, lyudzi malo mial, nye zdarzylo mu szie, mial z nyektorymi pudke ale za malym zyskiem tak ia bacze ze ych ledwo kylo sseth zginelo porywkami tymi alie nyewilie. Tha slawa iest od wieznyow yz iesscze iest swiezych Tatar dziesiecz tysiacz na polyu, ktorzy nydziey nyechodzyli, y poviadaia skoro czi przyida zeby uny mieli do nas poycz. Iestli prida iadzie, nadziewam w Podolie, w Haliczka ziemie, thedy po Lwow wypsuia.

Wye to bog yaky gym odpor bandzie, bo czy sluzebny nassy barzo na konyech zessli nayprzeciw jemu, sa ktore rzeczy u mnye sam nyepodobne.

Thymy czasy Tatarow piethnasczie tysiacz wybrali, wyszgli Wolynskia ziemye. Tak powiadaia ze nyemasch pamyethnyka z by kyedy barzey byla ta ziemia wypustossona od Tatar yako teraz.

Kxiaxath Zaczlawskich w przygrodkie dubyli. Tam powiadaia wielie pobrali zyemianek y liudzy pospolitych, nabrawssy szie yuss nazad wyssli na polie.

Pan Chorazycz bendzie v to staral, aby mogl iaka posluge vezyniczalu, tych dwu drogach ktore okolo Tatar czynyli, tak ze gim malo koni zostallo. Ynnych nowyn nyemasch, ktore bych W. V. mial pisacz.“ Saltim cum his gratie

V. M. solite me recommendo, que faustiter in nestoreos animos valeat.

Datum ex Camyeniecz, XXIX mensis octobris, MDXXXIIIj.

Stanislaus Lanczkorunski, Pallatinus sandomiriensis.

Racz W. M. wiedziecz yze kdy ten posel Kxyedza Byskupa Wylnyenskiego od Woyewody Wallaskyego iechal, tedy do mnye y do Kxyedza Byskupa wzkazal, aby smy szie w to do krolia iego miłosczy wlozyli, aby krol iego miłosczs nym odnowił przymyerze, chczacz z kroliem iego m. w pokoyu zycz. Jam tymy czasy poslal posla swogo do nyego, ktori tam iesscze iest, y wzkazalem do nyego, aby my wypisal condycie pod ktorymi by chczial z kroliem iego miłosczia przymyerze myecz. A wzkazalem tez do nyego, jestli dwa rzeczy odstampi: Pokuczia y dział. Tedy moze bycz yussym obyczayem przymyerze u krolia iego M. ziednano. A czo my na to wzkaze bez obmyesskania kym bande mogl narychliey V. V. dam znacz.

[V-o: adresa în latinește a luĭ Severin Bonar, castelan de Czarnow.

Copie.]

[*Resumat:* Stanislav Lanczkorunski scrie că solul episcopuluĭ de Vilna, care a plecat de la Voevodul Moldoveĭ, i-a spus cum Hatmaniĭ regeluĭ Ianuș și aĭ Voevoduluĭ Moldoveĭ aŭ tăiat pe Gritti (întâiŭ mîinile, apoĭ picioarele, apoĭ capul); ceĭ doĭ fiĭ aĭ luĭ sînt la Voevodul Moldoveĭ. Dă apoĭ știrĭ despre Turciĭ cari s'aŭ întors din Persia în Anatolia; sînt și Tatarĭ, 10.000, cu eĭ. Se poate ca aceștia să prade Podolia saŭ Galiția.

P. S. La plecarea sa Voevodul Moldoveĭ a spus soluluĭ episcopuluĭ din Vilna să intervină pentru pace între el și rege, pentru că el vrea să trăiască în pace cu regele. Lanczkorunski i-a trimes vorbă că regele nu se va împăca decît cu anume condițiĭ: să i se cedeze Pocuția și să i se dea înnapoĭ tunurile. Răspunsul Voevoduluĭ îl va comunica îndată ce-l va primi.]

XXXVII.

Illustrissime princeps et domine, domine Colendissime, officiosissimam servitutis mee et orationum commendationem. Cupit a me certior fieri Ill. D. V. quem exercitum habuerit generalis ista bellica expeditio. Ego pro officio meo proque studio quo sum erga Ill. D. V., nihil eam celabo earum rerum que actae sunt ad Leopolim. Fatalis quedam calamitas universum orbem pervasisse videtur, nullus ut locus ita abstrusus sit et reconditus qui non aliquo infelicitatis genere prematur. Nos adhuc, aliis cum gentibus collati, satis esse beati visi sumus. Verum accidit hoc tempore ut et ipsi aliquo fuerimus, etsi non gravissimo, incommodo conflictati, fortassis non alia magis re quod felicitate nimia laborantes. Equester ordo, plus satis cupidus libertatis suae tuendae vel augende potius, iura sua labefactari querens, immunitates infringi, privilegia induci et antiquari, motus quosdam, non tam contra Regiam Maiestatem quam contra Regni proceres, excitaverat atque adduci non potuit ut in hostes aliquam irruptionem faceret. Verum, Deo sit gratia, fuit exitus huius tragediae, ut in rebus incommodis, satis liberalis. Missus factus est equester ordo ; miles scriptus mercenarius : atque is in regni finibus collocatus, magis ut bellum propulsaret quam ultro inferret. Certis enim rationibus impulsa Sacra Maiestas Regia faciendum non putavit ut ad depopulandam Valachiam hostesque ad prelium eliciendos suos milites ne mitteret. Praeterea nihil est actum quod Ill. D. V. scribendum putarem, nisi quod Sacra M. R. sana ad nos et incolumis rediit. Quo nomine divinae Maiestati ingentes agimus gratias. Quam precor ut V. quoqe Ill. D. omnia felicia largiatur. Cuius me favori benevolentieque quam diligentissime commendo.

Cracoviae, die VIII octobris, a. D. M°D°XXXVII.

Eiusdem Dominationis Vestre Illustrissime

Addictus capellanus: Ioannes, episcopus cracoviensis, regni Polonie cancellarius.

[V-o : adresa în latinește către duce.]

(Ibid.)

XXXVIII.

[1538.]

[Sultanus] Choczym[1] accepit iam in suam provisionem. Dedit capitaneum suo nomine, sue fidei et gentis, hominem impurum, etc.

Praeterea iam palam struit pontes in Hungariam, quam hoc anno occupare nititur et ita iuravit dum e Moldavia redibat ; nos autem sponsamus uxores, causamus et pompas nostras ducimus, lupo spectante. Omnipotens Deus prospiciat. Item et navigium parat mirabile, veluti ad Mare Germanum. Rumor est non usquequaque contemnendus.

Mittitur nuncius regius ad Thurcam, d. Vilamowski, curiensis *(sic)*, expostulandum fidem eius et denunciandum qualia sunt ista indicia futura pacis aut promisse securitatis nupper iurate : putamus quod respondebit enigmate.

Mittitur alter nuncius d. Wylamowski, cantor plocensis, ad regem Romanorum cum d. marscalco Curie ; nescimus quod ferat: fortasse idem quod supra.

Missi sunt ad Palatinum Moldavie duo : d. Polanyeczki et Bydinski secret[arius]; qui habent fortasse idem quod et ad Thurcum intimatum est.

[Apoï : „Ex urbe".]

[V-o :] Summittates novacionum, utinam Dei omnipotentis virtute immuttandarum; non opus est nostri (?).

(Ibid.)

XXXIX.

16 Februar 1538.

Ex literis cuiusdam amici.

Post occlusas litteras venerunt nova certissima quod Palatinus Moldavie retrocessit cum exercitu suo ex terris Podolie et reliquit ultra mille ex suis, qui sunt interfecti per nostros. Ex nostris tantum ducenti et quinquaginta sunt

---

[1] De fapt, Benderul.

interfecti, et d. Wlodeck cum aliis septem est in captivitate, et scribit rogando d. castellanum cracoviensem, ex captivitate, quod esset permutatio captivorum, quia multo plures sunt capti per nostros ex Moldavis, et ita rogat quod esset permutatio. Nullam arcem per vim acceperunt Valachi, sed vicecapitanei soli per se tres arces ligneas inimicis tradiderunt; quibus acceptis iussit, Palatinus Moldavie arces concremari, et ita discessit ad tergum. Ex istis vicecapitaneis qui arces tradiderunt sunt iam duo verubus infixi; si modico plures fuissent ex nostris, cum maiori damno et periculo exivisset Moldavus ex dominiis Sacre Maiestatis Regie.

Datum Petrkovie, 16 februarii 1538.

[Și traducere germană.

Din acel loc, la 2 Mart, Ioan, episcopul de Cracovia, cancelar, și Luca Gorski anunță și apropiata ambasadă la Sultan. Spithek era frate cu Ioan de Tharnow (scrisoarea sa din 23 Iulie 1538).]

(Ibid.)

XL.

....Illustrissime princeps, domine, domine gratiosissime.

Nova que in aula Serenissimi principis mei versantur accipiat Illustrissima D. V. velim. Serenissi[mi] Romanorum et Hungarie regis, missis nunctiis, significant Imperatorem Turcarum, magnis coactis copiis, recta Moldawiam contendere, qua, et regione Transalpina, occupata et Palatinis suis collocatis, in Hungariam penetrare illicque hiberna agere decrevisse, orantes ut Palatino Moldawie, cuius vires sibi accessuras scribunt, Maiestas Regia in presenti parcat et commune bellum non impediat, se omnium dampnorum et sumptuum vades pro eo ponentes. Orator Maiestatis principis mei, d. castellanus brzestensis, ad Imperatorem Turcarum missus, rediturus, premisso ad Maiestatem Regiam nunctio, eandem Turcarum expeditionem et decretum confirmat. Palatinus Moldawie, petitis subinde et prorogatis indutiis, nihil agit; exercitus noster arcem Choczym XVIII au-

gusti obsidione cinxit, que ab omni oppugnatione et tormentorum ictibus atque igne dicitur esse tuta. Magnificus tamen dominus castellanus cracoviensis, frater meus, cuniculis, non sine pociundi spe adorsus, est eam.

....Datum Cracovie, penultima mensis augusti 1538.

Eiusdem Illustrissime Dominationis Vestre

Servitor: Spitek de Tharnow manu sua scripsit.

[P. S.] Obsignatis iam ad V. Ill. Do. litteris, accurrit celer nuncius et retulit Tartaros, qui predas in diebus Maiestatis Regie agebant, per nostros milites fusos esse, ex illisque insigniores quosdam, ex caphensi et oczakoviensi sectis, quas vulgo ordas appellant, caepisse, qui, questionibus subiecti, retulerunt Caesarem Turcarum totis viribus in regnum Hungariae invasurum et totam vim Scytarum cum magna parte exercitus sui in ditiones Maiestatis Regie missurum; sed ex his ipsis captivis quos in singulas horas expectamus, certiora habebimus. Quicquid allatum ab illis fuerit, faciam postea Vestram Illustrissimam Dominationem certiorem.

[Către duce:

La 16 Mart, fratele, Ioan, scria către duce, din Skrzynno.]

(*Ibid.*; și în Iorga, *Chilia și Cetatea-Albă*, București, 1900, pp. 318-9, no. XXVIII.)

XLI.

Illustrissime princeps et domine, domine observandissime.

....De rebus novis tristissima queque ad nos perferuntur. Aiunt enim Turcarum tyrannum pontem quo ripas Danubii iunxerat anno proximo superiori, cum in Valachiam esset irrupturus, eundem in locum nunc deportandum curasse, ita ut certum hoc sit eum proxima insequenti aestate in Valachiam esse rediturum. Inde quorsum se conversurus sit, nihildum certi habemus. Sunt qui existiment eum recta in Hungariam cum exercitu progressurum, alii vero per regnum nostrum in Silesiam invasurum. Non desunt etiam qui affirment eum Prussiae potiunde desyderio teneri, pre-

cipue vero portus gedanensis, ex quo facilis ei futura esset transmissio in omnes terrarum partes. D. O. M. avertat truculentum tyrannum hunc a cervicibus nostris. Illud pro cento et indubitato allatum est quod in ipsis regni nostri finibus futurus est, ita ut vacuo a metu animo esse non possimus. Cum autem periculum hoc aeque attingat V. Ill. D. atque nos qui sumus illi paulo viciniores, aequum est ut provideat diligenter ne quid regnum detrimenti capiat, cui nihil potest separatim accidere a ducatu Ill. D. Vestrae.

Datum Cracoviae, VI martii, a. D. MDXXXIX.

Eiusdem Vestre Illustrissime Dominationis obsequens capellanus

Episcopus cracoviensis subscripsit.

(Ibid., și în Chilia și Cetatea-Albă, pp. 349-20. n-l XXIX.)

XLII.

Illustrissime princeps et domine, domine Colendissime.

....Nova nulla video que perscribam Ill. Do. V., nisi quod auditus est hisce diebus nuncius Valachiae satrapae, qui non mediocres iacit terrores Caesaris Thurcarum. Ait eum tres habere collectos exercitus, quorum uno Sophi, Persarum regem, alio Germaniam, tercio Hungariam adoriri statuerit. Dicit ripas Danubii pontes eum iunxisse, quo minore negocio transire queat exercitus. Arcem extruxisse munitam in Valachia, non procul a Belgrado. Mandasse pretterea Tartaris ut et in ditiones Sacre Regie Maiestatis impetum faciant et arcem Braczlaw, que est in finibus, obsidione cingant, quasi potiti sint,— quod Deus omen abruat, sibi eam tradant; quod ei ad multa futura sit opportuna. — Hisce novis per hunc nunciatis, non usquequaque fides per nos habetur, sed pro certis ille et indubitatis adfirmat seque a satrapa suo missum esse dicit ut pro amicitia facere Sacram M. R. de his cerciorem, quo mature rebus suis prospiceret. Esse autem haec allata per eos qui reversi sunt in Valachiam a legato quem habet satrapes sive Vaiwoda apud Turcarum tyrannum. Sed habet Sacra Maiestas Regia suum quoque

apud eundem nuncium. Eius reditus in propinqua est expectacione; quod is attulerit, id pro certo sumus habituri...

Datum Cracovie, XX[a] iunii, a. D. M°D°XXXIX°.

Eiusdem Illustrissime D. V.

mancipio deditus: Samuel Macyewskj, decanus cracoviensis et vice-cancellarius.

[P. S.] Scriptis iam et obsignatis literis meis ad Ill. Do. V. venit nuncius a prefecto arcis camenecensis qui scripsit significasse sibi Valachiae satrapam Turcarum tyrannum ex hac vita excessise, filium eius in acie interfectum, exercitum universum a Sophi, Persarum rege, fusum esse et ad internicionem usque deletum petiisseque ut in hac rerum turcicarum perturbatione copias sibi daret auxiliares prefectus quo possit satrapes iste que sibi erepta sunt per Turcas ea asserere atque impedire quominus quae caepta est aedificari arx in Valachia, ea perfici queat. Sed haec nova magis etiam quam priora illa suspecta nobis sunt. Cum certius erit aliquod allatum, perscribam Illustrissimae Dominationi Vestrae.

[Către duce.]

(Ibid.: și în *Chilia și Cetatea-Albă*, pp. 220-1, n-l XXX.)

XLIII.

Anexă la Boner către duce ; Cracovia, 7 Decembre 1539.

[În scrisoarea lui Boner:]

Haud eciam Ill. D. V. nescit dominum Hieronymum Lasski, imperio sui principis S. Romanorum regis, ad Thurcam, celeriter et nemine nostrum opinante, cucurrisse, quo ex itinere cum esset apud Palatinum Valachiae, scripsit ad me litteras quarum exemplum Ill. D. V. mitto.

[Anexă:]

Charissime domine affinis, etc., Veni huc in Chrolow ad Palatinum Valachie, a quo plane honorifice et amice sum exceptus, missis mihi obviam ad secundam quidem ab illo

loco mansionem domino Vartica, ad proximam vero d. Coszmelego [1]. Scire debetis Palatinum misisse magnum quemdam Curiensem suum Selha dictum cum valida manu versus Soroka, propter arcendos Tartaros, quos aut sua, aut Maiestatis Regie in dicionem impetum facturos esse certior est redditus. Itaque ne sitis huius hiemis valde securi.

De Petro Palatino scriptum est mihi illum a rege Thurcae brevi prodi debere, magnaque una dona missum iri, quo hac ratione in gratiam redeat. Terra ista Valachie magnopere vacillat, timetque sibi ne tota a Turca occuparetur, sicuti Moldaviam occupare cogitant. Unde expulsus a suis Palatinus, implorata Caesaris ope, restitutus fuit; id aegre ferentes adversarii, ad Turcam profecti, eiusdem iussu prehensi et custodie traditi sunt. Unde nunquam exibunt. Posthaec statim vocatus a Cesare Palatinus, aegritudinem simulavit, satrapis eius interim, aliis huc, aliis in Transylvaniam delabentibus. Caesar magna vi in aestate expeditionem parat in Ungariam faciendam. Ipsi quoque Palatino Valachie sese accingere ut cum Tartaris Transylvaniam invadat, imperat. Itaque nunc certe pertimesco ut nunquam magis antea. Commendo me amori Dominationis Vestrae. Deus faxit ut, inde cito redux, nos inter nos visamus.

Datum in Chrolow, feria 4ta S. Luce [22 octobris], 1539.

Hyeronymus de Lassko.

[Copie.]

(*Ibid.*: publicată și în *Buletinul Societății Geografice* pe 1899, pp. 4-5 din extras.)

XLIV.

Tarnowski către duce; Sandomir, 11 April 1540.

Ac, si quando ea statuendi commodum futurum esset, certe hoc tempus videtur eius generis esse ut, si christiani principes, eciam non omnes, at aliqui saltim, qui, et possent, et vellent, hoc onus pium ac vere christianum institutum suscipere sibi invicem et coniunctis viribus non deessent,

[1] Cozma Logofătul.

atque id unum quod christianae Reipublicae utile futurum esset sentirent, essent omnia faciliora : priusquam enim vires extenderet suas, in hac Danubii parte, ubi arces edificari et locari iussit, collectis viribus animisque, minori cum negocio procul repelli possit. Et, inter caetera loca, in quibus commode et extra maius periculum cum eo decertari possit, ea sane in quibus arces collocavit, meo iudicio perquam opportuna essent. Quae quidem facile redegi *(sic)* in potestatem possent, ac, ubi recuperatae fuerint, et ex his et Hungaria caeterisque locis christianorum invadendis arceri possit. Quod si gentibus et arcibus suis ferret suppecias, quod sine dubio faceret quando eas videret a christianis principibus oppugnari et sibi eripi, facilius in eo loco quam alias secum esset confligendum. Haberent enim adiuncta eciam sibi moldavicae gentis auxilia, quod in illis locis sint, qui et libenter et utiliter christianis praesidio non essent defuturi. Quare effectum esset ut Dei O. M. patrocinio vinci hostis immanis possit. Qui, etsi non parum valet amplissimis copiis, tamen hoc nomine non esset reformidandus, nam potencia et viribus nullam unquam nec caepit, nec aggressus est provinciarum alio pacto quam cum videret principes secummet ipsos dissencientes pugnantes ferro et armis decertantes, tum demum animum et audaciam sumsit, alterutrum eorum ut opprimeret, diciones subiiceret, civitates vastaret. (Dar frică de faptul că se va opri liga creștină de războaie.)

Orator S. Maiestatis Regie iam e Turcia redit, hodie in Camyenyecz, arcem finitimam S. Maiestatis Suae, venisse fertur ; quid ferat, nondum mihi est certum...

(Se spune în P. S., dar n'are interes. Și pentru oile ce păsteaŭ în Polonia.)

Praedones eciam quos Koszakos vocant, qui incursiones in dicionem S. Maiestatis Regiae facere solebant, cum absolveretur orator. Imperator comprehendi iussit et capitis pena mulctari...

Capitaneum thehynensem qui Pretfficz et subditos S. Maiestatis Regiae affecerat minis, quod id ausus fuerit invito

Imperatore, eiiciendum aliumque sufficiendum mandavit. Pontemque in littore S. Maiestatis Regie factum Sandzyakomj suffecto dirimendum et deiiciendum mandavit. Interminatusque est ne Sandziak in littus regium aliquem ingredi permitteret. (A dat ordin Precopienilor a nu prăda. Solul era Soboczki.)

[Ambele și în traducere germană.

Toma Sobocki, „tribunus lanciciensis, regni pocillator" scrie ducele la 1-iŭ Maiŭ 1540, după întoarcere.]

(Ibid.; și în Chilia și Cetatea-Albă, pp. 321-3, n-l XXXI.)

XLV.

Illustrissime princeps, domine domine michi Clementissime. (Primejdia turcească pentru Ungaria și alte țerĭ.)

Nempe et in ora moldavitica in, contigua vicinitate nostratibus consistente, idem Thurcarum Imperator iis non ita pridem actis diebus partem terre Vayvode illi Moldavorum ademit dicionique sue subegit: eam videlicet ab Nistri fluvii ad Danubii littora intermediam consistentem, quindecem in latum et viginti in longum milliarium distancia atque spacio extensa[m] atque protensa[m].

In terra deinde Transalpinensi sen Multanorum, ex ea parte Danubii, civitatem magnam et opulentam, Brahylow nuncupatam, idem Thurca, ademptam, dicioni sue subiugavit, ibidemque arcem muro erigendam construere occepit.

Ad littora tum demum Nestri, a confiniis Sac. ac Ser. Regie Maiestatis, domini nostri, consistentibus arcem Thehynya nuncupatam, defense cumprimis accommodatissime provisam, muro constructam, erexit. Adhuc vero pro futura improximo estate, alteram quoque arcem in loco dicto Horeyow [1], ab ipsa priori arce erecta versus nostratum oram superius tendendo septem milliarium, ab arce vero confinitanea Braczlaw, dicionis sue Sacre ac Serenissime Maiestatis Regie, domini nostri, ad magnum ducatum Lithvanie

[1] Orheiu.

pertinentem decem octo milliarium distancia consistentem, erigendam velle dicitur. Successive, proch dolor, hostis ille serpit versus nostratum oram. Deus ipse O. M. scire dignetur, qui[d] nobiscum tandem futurum sit.

Moldavie vero modernus Vayvoda Stephanus non ita pridem actis diebus cum duobus sese nominantibus et contendentibus heredes Moldavie fore, qui sub ipso unus post alterum in Vayvodam prefici tentabant, manus conserebat. Alter horum erat filius Petri quondam Vayvode, non ita pridem expulsi, alter vero filius olim Stephani, Vayvode eciam Moldavie; iis utrisque instructis aciebus victis, capitibus plexit, una cum omnibus factionis illius auctoribus: diverso penarum genere morti traditis, iam ad presens respirat.

Senatus vero terre illius moldavitice, de iis duobus obtenta victoria, obsequia sua Vayvode illi suo in recenti prestita offerentes, iis verbis Vayvodam suum aggressi sunt: „Hoc", inquiunt, „impresenciarum propter te fecimus, quod duos istos inimicos et hostes tuos, auxiliante Christo, prostravimus, sed, si partem terre illius per Thurcum ademptam non reacceperis dicionique tue restituendam Thurco non opposueris, futurum est, tercio quopiam hoste tuo ad fasces Vayvodatus anhelabundo sese offerente, nos procul dubio a te ad eum deffecturos esse persuadeas. Et neque te amplius nobis pro domino seu principe et, ut ipsorum vocabulo utar: Vayvoda, habere reputareve velle. Illi siquidem pocius obedire et servire vitamque sanguini, et rebus omnibus non parcen[do], in et pro patria paternaque ora exponere mallemus quam quod nobis christianis, proch dolor, gentis nephandissime princeps imperare patrimoniave nostra deoccupare debeat. Ad hec Vayvoda inter cetera illis fertur respondisse, pollicitatus illos protegere partemque terre illius ademptam redimere et in dicionem suam restituere, solum duorum annorum ab illis sibi ad hoc perficiendum dari peciit induciarum spacium eas potissimum illis adducens in medium raciones: primam famem in terra illorum impresenciarum magnam seviisse; alteram nondum sese thezaurorum, qui nervi, ut ayunt, belli existunt, copiam habere; terciam

nondum sese certe scire, uter in regmo *(sic:* regimento) Ungarie rex iam tum demum sufficiendus sit. „O utinam", inquit, „regno illi rex belligerundus idemque magnanimis atque locuples sufficiatur, ad quem reffugium habuerim, illiusque atque Polonie regis et a ceteris cristianis principibus consiliis et auxiliis supplicabundus uti velim. Habito siquidem ab ipsis aliquid suppeciarum, commode satis Thurcarum Imperatori possem resistere. Quod absque ipsorum regum et ceterorum principum christianorum suppeciis non ita commode, et ymmo difficile, perfici possit et frustra forsan tentandum". Acquievit senatus ille Vayvode sui persuasionibus prefatis infra duorum annorum spacium defensam sibi illam expectaturum.

Mea vero sentencia, si a principibus christianis non habuerit auxilia, procul dubio senatores illos suos hosti nephandissimo illi prodituruș est, vite periculo exponendos, tanquam contra eius imperialem auctores factionis potestatem. Ex aggrarico ordine alios dignitarios subministraturus ; Thurcarum vero Imperator maiorem partem terre moldavitice, eam videlicet nostratum confinia contigue respicientem, sue dicioni subiugaturus consuspicatura, Vayvoda illo in aliqua parte mediterranea illius relicto. Utinam autem principes christiani Vayvode illi suppecias laturi sint! Ex iis siquidem duabus terris, moldaviensi videlicet et transalpinensi, illorum apparatu solito, pro armis capiendis centum millia equitum necessitatis tempore sese offerente, exire certum est qui, christianorum principum auxilia habendo Danubio fluvio, qui terras illas utrasque alluit, in sua potestate habito, magnum inde principium sunt habituri, arces omnes illas Turco impresenciarum obedientes, circumcirca Danubium consistentes, commode possent a Turco eripere sueque dicioni subiugare exercitusque tum demum thurcicos per Danubii undas tentantes transmeaturos prohiberent. Deus O. M. inspiret corda cristiana hosti illi nephandissimo iamiam unitis viribus resistere debere.

Dicitur preterea, Petrus ille quondam Vayvoda Moldavorum non ita pridem expulsus apud Thurcam esse illique

filium suum in pignus obsidionis dedisse, ea sub condicione ut, si rursus dicionem moldavicam possit adipisci, qua pulsus est (quod sibi Cesar ille annuere affirmatur), quod esset obediens in omnibus Cesari Thurcarum. Ad quid devenire suspicatur status noster cristianus, Deus ipse solus scire dignatur.

Quid tandem innovatum certi precipue fuerit, non negligam Vestre Illustrissime Dominationi scriptis meis pro temporis exigencia significare. In iis siquidem et in aliis omnibus licitis obsequiis Vestra Illustritas, dominus, dominus meus Clementissimus, me servitorem suum semper paratum invenire obtemperabundumque dignabitur. Humiliter rogo ut Vestra Illustrissima Dominacio mihi esse clementissimus dominus et me pro uno suo servitore reputare dignetur. Cuius me gratiae commendo.

Ex Halicz, penultima octobris, anno Cristi 1540.

Eiusdem Vestre Illustrissime Dominationis obsequiosissimus: Nicolaus Syenyawski, castellanus belzensis, exercituum Reipublice campestris haliciensis colomiensisque capitaneus.

[V-o: adresa în latinește către duce și: „Ankommen durch Jhon Politzkj zu Ortelsspurgk, den 4. Decembris. Ist den 8. Januarii widerumb beantwort."]

(Ibid.; și în *Chilia și Cetatea-Albă*, pp. 323-5, n-l XXXII.)

XLVI.

Illustrissime princeps, d. d. meus Clementissime.

....Valachi Palatinum suum cum Turco sencientem occiderunt, et omnes Turcos qui in dicione illa iam se locaverant, ad unum interfecerunt resque illorum et Cezaris maximo lucro diripuerunt....

Datum Vilne, XV ianuarii, a. D. 1541.

Eiusdem Ill. V. D.

Servitor: Petrus Opaliensky, Curie magister.

(Către duce.)

(Ibid.; și în *Chilia și Cetatea-Albă*, p. 326, n-l XXXIII.)

XLVII.

Illustrissime princeps, domine, domine Clementissime.

....Novarum rerum nichil habemus preter hec : Vayvoda Moldaviae in arcae Szoczawa, quem Turcarum Imperator ante biennium instituerat, a suis noctu necatus est, ob hoc quod certam partem dominiorum suorum Imperator Turcarum sub p[otesta]tem Szandziaczi Nisteralbensis tradere constituerat.

Electus est ab eis ipsis alter, nomine Allexander, filius olim Bochdani Vayvode, qui, cum huic loco sufectus esset, sub arcem nisteralbensem turcicam, aliquod millia hominum misit predatum, qui, profligatis octingentis aequitibus Turcarum et abactis quam plurimis pecoribus, ad sua iam redierunt. Quid inde futurum est, expectamus...

(Întors, dar nu la Curte, Wilamowski, de la Sultan. Pomenit și „Armenus interpres regius idiomatis turcici".)

Vilne, 21 ianuarii, a. D. 1541.

Eiusdem Illustrissime Dominationis Vestre

Addictissimus servitor : Thomas Soboczkj, tribunus lanciciensis, Regie Maiestatis pocillator.

[Către duce.]

(Ibid.; și în *Chilia și Cetatea-Albă*, p. 327, n-l XXXVI.)

XLVIII.

Sobocki către ducele Albert ; Vilna, 12 Mart 1541.

....Interpres regius sermonis turcici ex Turcia rediit, eduxit secum 59 homines captivos quos Tartari nisteralbenses e dominiis et regno R. M. abegerant; eos rursum Imperator Turcarum, ob federa et pacta cum Regali Maiestate sibi intercedentia, repertos, remisit....

[Și traducere germană.

Apoi țidulă de la „Ioannes Orzechowski, succamerarius chelmensis et capitaneus zlothoviensis" (1541).]

(Ibid.; și în *Chilia și Cetatea-Albă*, p. 327, n-l XXXV.)

XLIX.

„Ambrosy Kurczpach“ către duce. „Datum zu der Vylnn, am Dinstag for Palmarum [=5 aprilis], 1541.“

....Der Vayda Peter der Volochaj ayn gnumen hat un[d] den Alexandrovycz hat gyekepft, der naglest Vayda vur, doch myth Tyrkyem Gyehelff; dy Tyrkyen zeint gancz hamlich....

[P. S.] Der thyrkiszi Poczavt kumt morgyem myt zamt enn volochisszer Potszovt : hot der tyrkyszy Poczszavt XI Pffert un[d] der Valach 14 Pferd....

(Ibid.; și în Chilia și Cetatea-Albă, p. 327, n-l XXXVI.)

L.

Illustrissime princeps, domine, domine Clementissime.

[Moartea lui Sobocki.]

Hoc quoque C. V. significare scriptis meis pretermittere non potui : Palatinus Muldavie legatos suos Cracoviam ad Suam Regiam Maiestatem misit, cuius legationis precipuum id est : Cupit Palatinus Muldavie veram et synceram inyre amicitiam cum Sua Regia Maiestate Polonie. Idem iste legatus ait hoc anno ipsum Cesarem turcicum non venturum in Hungariam, sed est missurus Ros[t]em-Basha [1], ductorem suum primarium, cum copiis in Hungariam et, ut fama fertur, alterum Basham in Tranylvaniam. At ipsemet Cesar turcicus iter facturus est cum valido exercitu contra regem Persarum qui eius imperium vastat....

Date e Vilna, sexta die martii, anno a nato Redemptore Mundi MDXLVIj.

C. V.

Servitor deditissimus perpetuusque : Petrus a Sborowo, castellanus malegostensis, S. R. Maiestatis iunioris Curie magister.

[Către duce.]

(Ibid.)

[1] Rustem-Pașa, Vizirul.

LI.

Durchlauchtigster, hochgeborner Fursth unnd gnedigster Herr unnd Herr...

Hineben habe ich auch nicht wollen underlassenn, E. F. D. dy Zeitunge zu zue schreybenn die man kortzlichen an Koniglichenn Hoff auss der Podolia, Walachia unnd Ungeren geschrieben hoth, dy alhie beyn uns fasth nicht globlich sein: dass die Ungeren solle dy Turken uber fortekt *(sic)* haben und Uffen *(sic)* einnemen, quadam stratagemate. Doch diess wyrdth E. F. D. auch korzlichen vom Hern Lasky ein nemen. Alhie gibth man keinenn Glauben denselbigen Zeitungen. Ich bith aber gancz undertheniglichen, E. F. D. wollen dy selbige auch von mir gnediglichen annemen. Dan ich habe sie E. F. D. also zugeschribenn wy man ssie Kö. Mth. hoth zugeschribenn. Ich bith abermall E. F. D. wolle mich in dem Fall entscheldigeth nemenn, quod audita aliis refero. Dattum Peterkaw, eylende, 12 July, a. D. 1547.

[P. S.] D. Palatinus Lublinensis rediit hodie ex legatione ex Walachia; nondum retulit responsum Regiae Maiestatis; tamen ea omnia Vestra Illustrissima Celsitudo quoque a Palatino Syradiensi accipiet.

Gancz gehorsamer, undertheniger D[iener]: Chrystoff Conarsky.

[Către duce. — Lipsesc anexele.

Scrisoarea de la 29 Iulie a lui Laski nu cuprinde nimic.]

(Ibid.)

LII.

Durchlauchtiger, hochgeborner Fursth unnd gnedigster Herr unnd Herr...

Hinebenn wysse auch E. F. D. dass die wallachische Bothschafft 13. Augusti auch ankomen ist, funfftzigk Pferdenn stark: Goth weyss wass dy selbige anbrengeth. Die

romischen und turkyschenn Bothschaffter sein noch nicht abgefertigeth...

Dattum Peterkow, eylende, 17 augusti 1547.

Euer F. D. gancz underthẹniger Diner: Chrystoff Conarsky.

[Către duce.]

(Ibid.)

LIII.

Chrystoff Conarski către duce; Piotrkow, Joi după Sf. Bartolomeiŭ (25 August) 1547.

....Mith Anzegunge wass die wallachische Bothschaffth angetragenn und geworbenn. Wywoll ich diess formalls E. F. D. zugeschriben das sie ea causa ankommen, a Regia Maiestate postulare iuramentum, also wy auch der Palatinus Lublinensis mith dem Gorezky, Kö. Mth. Secretario, im nechst vorgangenn Junio dass iuramentum vom wegen (?) Kö. Mth. a Palatino et suis consiliariis geforderth, welchs ssie zu ieziger Zeith zu mehrer Urkundth unnd Sicherheit in scriptis cum appensione sigillii Palatini Wallachie et tocius regni consiliariis ipsius gebrocht, solchs Kö. Mth. mith underthenigem Dinsth zu deferirenn, und solchs widderumb vom Kö. Mth. exigunt ut illis Regia Maiestas similiter prestet iuramentum ut moris est: quibus autem conditionibus dysselbige iuramenta gesthen sein, wiss ich hernochmalss E. F. D. zu schreiben...

[Către duce.]

(Ibid.)

LIV.

Illustrissime princeps...

In finem quid scribam nihil habeo, tantum hoc unicum: in vigilia Corporis Christi [=30 maii] nuncius Valachorum Cracoviam venit; ille quid novi attulerit, nihil adhuc certi est: eius autem servitor palam locutus est quod ab eorum dominis nuncyus in regno Thurcarum erat et illum hec

dixisse, quod Cesar Thurcarum contra Zophi, regem Persarum, cum maximo exercitu profectus est.

....Datum Cracoviae, Ij iunii, a. D. 1548.

Humillimus servitor : Stanislaus Sobek de Sulyczow.

(Ibid.)

LV.

Solia lui Assuerus Brand în Polonia; Iunie 1548.

Vorbește cu episcopul de Cracovia la 5 Iunie: „so habe man mit dem Wallachen ein beschtendigen Friden....“

(Ibid., Gesandtschaftssachen.)

LVI.

Boianowski către duce. Neterminată, deci fără dată; pusă la începutul anului 1549.

....Ab extra hec sunt que ego scio. Misit huc Palatinus Moldavie, dicens se duo mandata ab Imperatore Turcarum (quia ad primum non fecisset) habuisse, ut ad regem mitteret atque resciret an voluntas regis fuerit, vel scitum, quod nostri Kozakj incursionem versus arcem suam Oczakow atque damna subditis eius facerent, etc. Dixit eciam idem orator privatim quod duo Czaussi turcici hos Tartaros qui nuper Wolhiniam vastarunt et spoliaverunt, ex domibus eorum fustibus, invitissimos ad id, expulerunt. Metuimus igitur maiorem eorum incursum, proptereaque castellanus craccoviensis ex Russia nondum rediit.

(Se trimete la Turcĭ „Bogush“.)

(Ibid., scrisorĭ polone; și în *Chilia și Cetatea-Albă*, p. 328, n-l XXXVIII.)

LVII.

Przyluski către duce; Cracovia, Miercuri înnainte de Sf. Adalbert (8 Ianuar) 1550.

....Russiae oras, tam a Valachorum, quam a Scytarum in-

cursionibus speramus hoc anno pacatas fore. Scytarum enim legatus nuper Suam Maiestatem Regiam ad faedus simulque ad conditiones foederis pias hortabatur. Valachus autem, iussu Turcae, non suapte sponte, impressionem se fecisse significavit. Ad haec hodie dominum Bogusz iam Camenecii esse audivi: quid serus vesper vehat, alicunde in manu Dei est...

(Hanul cerea tribut îndoit; Boianowski către duce; 2 Iunie.)

(Ibid.)

LVIII.

Iacob Przyluski, notar de Przemysl „et Ill. D. Pallatini Cracoviae, etc., familiaris", către duce; Cracovia, Sîmbătă înnainte de Reminiscere (1-iŭ Mart) 1550.

...Heri allatum est huc partim triste, partim letum nuncium: primi enim tabellarii, ex finibus Russiae missi, nunciabant Pretvicium in Bar a Valachis et Turcis obsessum esse, ut non conquieturi essent donec vivum conprehenderent Turcarumque Imperatori ante aliquot menses Constantinopolim ex Persia reverso adferent. Secundi autem ad 5.000 ipsorum Turcarum et Valachorum a Palatino Belsensi et ipso Pretvicio fusa esse certo referebant. Ita hic nos, inter spem metumque positi, nescimus pacemne an certum bellum expectemus cum illo tyranno qui liberorum principum professus hostis est. Duo autem sunt que his novitatibus, huc certo alioqui allatis, fidem abrogent: et quod legatus Turcae qui Persam victum esse referebat nuperrime hic secessit et quod Bogusz, capitaneus crasnostaviensis regius, itidem legatus, nondum ab Imperatore reversus sit. (Se va vedea cu timpul [1].)

(Ibid.; și în Chilia și Cetatea-Albă, pp. 327-8, n-l XXXVIII.)

[1] În 1550 moare Stanislas Laski.

LIX.

„Samuel, episcopus cracoviensis et Regni Polonie", către duce; Cracovia, 28 August 1550 (sau 1551).

....Qui res repetitum ad fines turcicos publico comiciorum decreto missi sunt scribunt nondum sibi cum Thurcis de loco convenire: eaque se causa Podwisoczki, aulicum Maiestatis Regie, ad illos misisse; esse non parvum hostium numerum in armis, ex Thurcis, Thartaris, Valachis collectum, significant.

Valachiam sedicionibus esse perturbatam nunciant, propter impotentem regiam dominationem, qui arbitrio suo in quoslibet saevire dicitur. Dilapsi precipui quique sunt, pars in Hungariam, pars ad nos; inter quos est prefectus sorocensis Niegun. *(sic)*....

(Ibid.)

LX.

Stanislas Boianowski către duce, Posen, 10 Octombre 1550.

....Ab extra, et primum ex Ungaria. Regia Maiestas, dominus noster, scripsit nuper senatoribus precipuis sibi certo significatum esse Cesarem Thurcarum ad Status Transilvanie scriptis mandasse ut monachum[1] officio thesaurariatus privarent, quod officium ille, invito Cesare Thurcarum, faventibusque Transylvanis, transfuga ad regem Ferdinandum wlt retinere. Quo intellecto, Cesar Thurcarum iussit Valachis et Moldavis exercitus colligere. Quod ubi rex noster intellexit, litteras restium, de quibus supra, publicavit, addens quod Petrowicz, primarius et potencior circa reginam Isabellam homo, ad Thurcam descivit, una cum filio regis Ioannis. [Deliberează senatorii asupra oportunității unui ajutor.

La 28 Decembre, Boianowski numește pe Bernard Pritfitz: „ruttenice milicie ornamentum, vel pocius fulcimentum".]

(Ibid.)

---

[1] Gheorghe Martinuzzi.



LXI.

Zeittunge die zu jetziger Zeit beu uns verhanden sein... (Năvălirea Tatarilor în Litvania.) Der Wallach [1], denn man bisher eigentlich hatt todt gesagt, ist wider lebendig worden, doch gleichwol das Wetter hatt inn hefftigk gerurt, das er schwerlich lang leben wirt, unnd Koniglicher Mtt. geschickter Herr Vilamowskj, der vom Wallachen gekennet ist worden, ist noch nicht loss gelassenn. Goth weis was auffs Letzst daraus werdenn wirt....

Alhie umb Krackaw, etc.

[Pe la 1550.]

(Ibid., IV, 16, 39; *Neue Zeitung*, pe V-o.)

LXII.

Stanislas Boianowski către rege; Lublin, 7 Iunie 1551.

....Certe periculum ex Valachia sive per Valachiam a Turcis maximum pro foribus est, tam certum siquid piam aliud. Non quidem vulgare illud periculum, qualia multa sepius ab incursionibus extemporaneis vidimus. Sed de subiugacione et tyrannica perpetua possessione res agitur. Primum, quod nullus rex Polonie fecit, ter in Turciam pro pace sive induciis obtinendis modernus rex legatos misit, nec tamen obtinuit. Que quidem —et ob hanc nostram, quam Turce probe norunt, ignaviam et discordiam, et ob Palatini Valachie ad se deffectionem, quam illi iam olim facturam sperabant, de qua Illustrissime Celsitudini Vestre aliquocies scripsi, et quae iam effectum sortita est, — negate sunt. Deinde ob illatas per Pritwicz et alios nostrates Cozakos in finibus iniurias, ut illi dicunt, pro quibus componendis iam sepius utrinque commissarii deputati fuerunt, sed nunquam aliquid tale effecerunt. Manifestissime nobis a longo iam tempore minabantur, se videlicet ulcisci velle. Nunc Palatinus Valachie, cum duobus sandziakis et turcico exercitu, in proditam a se patriam redit, suscepta apud Cesarem mahometica religione; a quo, dum abesset, omnes primarios

[1] Petru Rareș?

et mediocris ordinis homines defecerunt, audientes eum Turcam esse factum. Illorum magna pars ad nos venit, suo et reliquorum nomine rogans ut eos rex pro suis agnoscat et illos paucis equitibus aut pauca pecunia iuvet: se velle, suo et suorum extremo periculo, Turcis resistere, nec tam perfidum dominum quondam suum amplius admittere. Et, ut illis rex credere possit, volunt primarias quatuor arces in potestatem regis dare, ut illis suos preficiat capitaneos, etc. Nos quidem sentimus illos ut christianos et confederatos nephas esse desere[re]. Metuimus tamen Turcas, non animadvertentes quod, eciam si illos summo studio observemus et illis in hac et in aliis rebus gratificari velimus, idque maiori nostro periculo, nos illos amicos nequaquam habituros et per omnem occasionem hostes experturos. Sed, in diem viventes (si hoc est vivere), omnia pericula, non fortitudinis, sed virtute ignavie contemnimus, mulieribus magis inermes, nec de ullo defensionis modo cogitantes; qui apud nos duplex in usu semper fuit: mercenario scilicet milite, pro quo scribendo nulla prorsus est pecunia, et generali tocius nobilitatis regni convocacione, quam practici aulici nequaquam facere audent. Ex Valachia itaque hec sequentur. Restituitur in suum locum Palatinus Turce; subditi eius, presertim primores, fugient; qui ad nos certe, exceptis paucis qui, ex vicinitate, in Hungariam, ibunt aut iam iverunt. Mittentur ad nos nuncii ut illorum subditos restituamus. Si facimus, perpetuos hostes ex illis habemus et, contra Deum et hominum fidem, infidelibus christianos trademus ut dedecus dedecori addamus. Si non restituimus, apertum bellum habemus, quamquam, eciam si restituamus, idem sit nobis sperandum. Sunt igitur et imminent pericula, si umquam fuerunt. Tamen nos omnia hoc deseruimus sic indifferenter et sine omni cura et ordine putamusque magis officii nostri et debiti esse cereos nigros sive tedas in meridie accendere atque in omnibus villis templatis per totum iter descendere ac circa nefandissimum cadaver pedibus ire [1]....

(Ibid.: și în *Chilia și Cetatea-Albă*, pp. 328-30, n-l XXXIX).

[1] Al reginei Barbara.

LXIII.

Boianowski către duce ; Vilna, 17 August 1551.

....Nova nulla habentur nisi quod iam nuncius de Valachis scribitur hunc novum Palatinum amiciciam nostram cupere; videat qui credit! Interim vero duodecim proceres ex illa regione apud nos sunt, nec redire audent ad certum suplicium, propterea quod alium Palatinum sibi dari a Regia Maiestate petebant istumque quem Turca dedit, non agnoscebant....

(Ibid.)

LXIV.

Illustrissime princeps, domine ac domine Clementissime.

Prosperam valetudinem ac felicissimam Reipublice administracionem et gubernacionem a Deo O. M. assidue opto. Quod tamdiu ad Tuam Celsitudinem, Clementissime princeps, non scripsi, id non mea negligencia accidisse Tua Celsitudo reputet, sed partim meis occupacionibus, quas Reipublice causa sustineo, partim vero quod Zyczynsky, Tue Celsitudinis minister, me inscio discedebat ex Russia. Nunc autem Tue Celsitudini ea scribo que sine magno dolore scribi et dici non possunt, quia videntur minari ruinam Reipublice christiane. Elias, olim Pallatinus Valachie, suasu turcici tiranni allectus est ad impietatem machiometicam: abnegata fide christiana, circumcisionem suscepit. Cui turcicus tirannus multas arces dedit et civitates: inprimis Kiliam, deinde Albam seu Byalogrod et Theinia et Oczakow, quae sita est supra Mare, inter duo flumina, nempe Nestr et Boristenem, deinde ultra Danubium Silistra, deinde Baba et Obluczycza, item Thulcza: circiter quindecim arces et oppida. Postquam ista occupavit prefatus Elias, collata a Cesare turcico, deinde quoque in Valachia multa occupavit: ut civitatem Czuburcza, item Galacz civitatem, supra Danubium sitam; item civitatem Ren, quoque supra Danubium, item Lopusno civitatem, item Kygietz, non parvam, abundantem piscibus et pecoribus; ea omnia a Valachia abstulit. Interea temporis

frater eius minor natu Stefanus, subrogatus est a quibusdam in locum fratris; eos autem qui sibi contrarii fuerunt, interfecit, et in dies maximam tirannidem exercet; quoscumque suspectos habet, gladio ferit. Nam non ignorat superstitem esse filium Pallatini olim Valachie Stefani, qui vocatur Ivan [1]: hunc itaque tota Valachia Pallatinum esse cupit, et precipui domini ei adherent. Qui olim erant apud Pallatinum Eliam in officiis, ad prefatum Ivan convenerunt, expectantes Regie Maiestatis gratiam, et se paratos offerunt ad defendendam patriam contra tirannum turcicum. Si tantum eos Regia Maiestas benigne et clementer in suam protectionem susciperet ! Quare, Illustrissime princeps, dignetur Tua Celsitudo patrocinium Valachie suscipere ad Regiam Maiestatem ut sine dilacione subveniat aflicte Valachie, porigentis ei ultro manus et spem totam post Deum Optimum Maximum in Sacre Regie Magestatis clemencia et protectione collocantis. Nam, si Regia Magestas differet subvenire aflictis, turcicus tirannus interea occupabit omnem Valachiam arcesque et loca munita ac presidia firma collocabit, et sic tota illa bellicosa gens valachica cogetur arma ferre contra christianos, cum tamen hactenus pro christianis fortissime pugnavit et maximas sepe clades Turcis intulit et omnibus Sacre Regie Magestatis dominiis veluti invictum propugnaculum fuit. Si itaque Regia Magestas tempestive in suam tutelam susceperit prefatum Ivan, quem tota Valachia Pallatinum optat, et eum introduxerit in provinciam, faciet imprimis rem Deo Optimo Maximo gratam, deinde et toti regno maximopere utilem ; nam multa milia christianorum qui nunc anima et corpore periclitantur, liberabuntur ab oppressione turcica et impietate machiometica, ad quam facile est obficere in tantis calamitatibus. Quanta vero sit utilitas sequutura tote Christianitati, hinc Tua Celsitudo intelliget quod Valachia contra hostem potest habere quinquaginta milia equitum et paulo minus milia peditum. Si itaque tantum commodum dilatione et procrastinatione amitetur, quod Deus omni mentat *(sic ;* avertat) tot sumus

[1] Ioan Joldea.

cito habituri hostes, quod pro nobis, si servati fuerint, pugnaturi cum hostibus erunt. Huc accedit si Regia Magestas quod speramus, et optamus, et speramus, mature opem tulerit et constituerit Pallatinum optantis Valachie et colla ultro subicientis, quod et Multhania, que est huic vicina regio, provincia magna et potens, que ingemiscit sub tyrannide turcica, illa quoque mallet subesse christiano principi, christiana existens, quam turcico tiranno, quem detestatur et a quo contra christianos bellum gerere invita compellitur. Nihil dubito, Illustrissime princeps, de Tue Celsitudinis sapienti salutarique consilio, quod in rebus tantis ad Reipublice tutamen et defensionem spectantibus suppeditare Regie Magestati potest, ut ille princeps qui non tantum ea que gerantur optime perspicis, sed eciam ventura, et bona et mala, ex circumstantiis sapiente[r] consideras. Et olim Deus Optimus Maximus salutare tuum consilium et pium de Republice conservatione conatum ac laborem cumulate pensabit, ac tot milia christianorum, partim iam tiranide oppressa, partim eciam opprimenda, Deo gracias agent et nomen eius celebrabunt, pro liberacione et restitucione. Commendo me, Illustrissime princeps, clemencie et optato favori Tue Celsitudinis ac mea officia promptissima et perpetua defero. Deus O. M. servet te, inclite princeps, una cum charissima coniuge et dulcissimis liberis, ad longa tempora incolumem et florentem.

Datum in Brzezany, die et festo S. Bartholomei Apostoli [=24 augusti], a. D. 1551.

Vestre Illustritatis

Servitor deditissimus: Nicolaus a Szyenyawa, Pallatinus belzensis, halyczyensis, vlamyensisque capitaneus.

Illustrissimo principi, d. d. marggrabio Olbrycht z Bramburk ac burkulabu zynobzku ac duci Prussie, etc., domino mihi Clementissimo.

[V-o: resumat german și: „bei Pretwiz Diener wider beantwort".

Pretwiz era căpitan de Bar.]

(*Ibid.*; și în *Chilia și Cetatea-Albă*, pp. 330-2, n-l XL.)

LXV.

Aus Ungern der Konigyn Isabella zugeschriebenn. Ins erste unnd nemlich...

(Luarea Timișoarei ; căpitanul Loszonczy e tăiat; Lipova e arsă ; Giula e asediată.)

Item Turcken, Tathern, Wallachenn ist Sibenburgen voll; der liebe Godt wolde es bessernn. (Roagă a se comunica „dem Hernn von Creca", de Cracovia).

[Jos :] Isabella m. p.

(Ibid.)

LXVI.

Boianowski către duce ; Piotrkow, 3 April 1552.

....Propositi fuerunt ante unum mensem, non tam serio quam arte quadam, aut illusionis pocius causa, tribunis provincialibus sequentes articuli, ut de illis consultent.

....Item ne Moldavia, quae sanguineis lachrimis auxilium nostrum implorat, in toto perdat, quid faciendum....

(Ibid.)

LXVII.

Știrĭ din Polonia.

„G. Tharlo" către ? („E. F. D.").

Petercau, den 15 aprilis, anno 1552.

....Darneben E. F. D. sol wyssen das der Bott den Seyne Konig. Maiest. in die Turkey gesand hatt, welchen der Woywoda aus der Walachay gefengklich gehalden, ist wyder loss komen, und, da er den Krigs-Knechten des Keysers begegnet, die in Ungern tzogen, hatt der Rostem-Basa, des turckschen Keysers Heydem, das gantze Volk verhalden, bei Seine Keyser. Maiest. komen ward, und, nachdem er kam, hatt er den Bott Sein Konig. Ma. seher freundlich empfangent, und hatt in gefragt warumb das seyn Konig. Maiest. so langsam tzu im yn tzugeschigkt hatt; tzeiget er im alls das in der Woywoda auss der Walachey in seynem

Lande verhalden hett; befal er von der Stunde, das man Woywoden Rott eynsetzen sold: was er aber mit ynen anfahen wird, werden wyr erfaren.... [În parte, și mai departe ca „New Tzeytung aus des Turkey".]

(Ibid.)

LXVIII.

Boianowski către duce; Piotrkow, 28 April 1552.

(Întors de la Sultan Curteanul regal Bronyewski.)

Item Palatinum Moldavie sive Valachie affirmat Bronyewski parcium nostrarum contra Turcas cupidissime esse velle, [et] vasallum ut suos antecessores confiteri, modo illum agnoscamus, et aliqua ex parte iuvemus....

(Ibid.)

LXIX.

Anexă la Oczieski; Cracovia, 8 Mart. 1553.

[Mitto Illustrissime Celsitudini Vestrae exemplum literarum Imperatoris turcici in latinum sermonem translatarum, que sunt per aulicum regium qui isthuc Vilna missus fuerat, allate, ex quibus quam blandas et benignas det pollicitationes, Illustrissima Celsitudo Vestra intelliget.]

Serenissime rex, amice et vicine charissime. Redditae sunt nobis litterae per nuncium Maiestatis Vestre, ex quibus intelleximus quod, sicuti inter nos fuerat constitutum, de dando salvo conductu legato quorundam negociorum utrinque tractandorum causa profecturo, quamprimum salvus conductus a nobis ad illam est perlatus, Maiestas Vestra misit legatum, qui, cum venisset in fines Moldavie, antiquo more misit ad Palatinum Stphanum litteras nostras et duos homines nobiles, liberum ad nos transitum petituros. His ille captis, volens etiam ipsum nuncium dolo aliquo circumvenire, detinuit. Sed, eo cognito, legatus, expectans a M. V. mandata quid porro illi esset faciendum, misit in finibus. Verum, Palatino Moldaviae a suis interfecto, cum tumultus

ingens ac rerum perturbatio ac pestis denique ipsa consecuta esset, domum rediit. Quo factum est ut negocia et faedus quod inter nos debuit constitui fuerit intermissa et ad hoc usque tempus dilata. Atque id scripsit Maiestas Vestra sibi permolestum accidisse, et, ut certam spem de amicitia mutua haberemus, fecit nos M. V. per litteras et per aulicum nostrum Andream Osieczki certiores quod mihilominus legatus absque mora ad constituendum foedus mutuum et amicitiam ad nos venturus esset. [Poarta e deschisă solilor. Cere a sprijini reinstalarea regeluĭ ungur: „filius regis Ioannis".]

Datum Constantinopoli, X die decembris, a. D. MDLIII.

(Ibid.)

LXX.

Boianowski către duce ; Cracovia, 9 Mart 1553.

....Item Palatinus Valachie misit litteras privilegii episcopo camenecensi, faciens illum quo *(sic)* episcopum generalem Valachie, ut sit idem qui Podolie, volens suos subditos ad religionem romane ecclesie inducere. Nunc iste Podolie sive camenecensis episcopus Regie Maiestati scripsit se non recusare laborem, noluisse tamen, vel ausum non esse, acceptare sine scitu vel voluntate regia, etc. *(sic)*.

(Ibid.)

LXXI.

Illustrissime princeps ac domine, domine Clementissime.

....Novarum rerum quas preterire putarem Tue Celsitudini, nihil habeo : tantum hec imminentia pericula toti regno, imo toti christianismo, cuperem Tue Celsitudini cure esse. Que autem mala impendant nobis a Turcis et Tartaris, ut alios hostes pretream, Tua Celsitudo, ut sapientissimus princeps, etiam me tacente, optime intelligit. Porro, si Valachia deseretur, que alioqui *(sic)* peculari Dei dono sine sanguine in manus Regie Maiestati ultro venit et eius dominio se subiecit, et tutele eiusdem se commendavit, cum ingenti

fiducia, de defensione concepta, quid aliud erit expectandum quam nos hic brevi habituros, non tantum Turcas, atroces hostes, sed et illos ipsos qui nunc defensores primum proprie patrie contra immanitatem turcicam, deinde et nostri defensores esse magno animo cupiunt? Si itaque ii debito presidio et auxilio nostro destituentur, quis dubitat eos, dolore et desperatione instigante et irritante, tot futuros esse hostes, et quidem non contemnendos, sed acerrimos hostes, quot nunc cupiunt esse propugnatores et defensores? Sed hec omnia Tua Illustris Celsitudo pro sapientia sua melius intelligit, quod ego explicare brevibus verbis queam, presertim cum perspectum habeat Valachiam talem esse provinciam que fortium strenuissimorumque bellatorum nutrix sit eximia. Qui infracto animo in Turcis congredi olim soliti sunt et saepe gloriosas victorias reportarunt. Et nunc nihil ardentius cupiunt quam Turcas premere et vires illorum labefactari, si modo iustam sublevationem et debitum auxilium christianorum principum sentirent et viderent. Nihil hic commemorabo de periculis futuris a domesticis nostris qui nuper hinc aufugerunt et ad hostes nostros se contulerunt. Illi profecto, ut video, viribus et consilio valentes, in re militari exercitatissimi gnarique omnium, tam locorum, quam consiliorum nostrorum, plus damni inferre poterunt, si Deus non cohibebit eos, quam ullus extraneus hostis.

Quare Tua Celsitudo dignabitur hec omnia perpendere et salutare consilium nostro Clementissimo principi, regi Polonie, suppeditare, quo pacto omnibus malis iam imminentibus mederi et hoc regnum incolume et illesum, Deo graciam suam largiente, servare possit....

Datum in Kalicz, 14 iulii, a. D. 1553.

Tue Celsitudinis addictissimus servitor: Nicolaus Siniavensis a Siniava, Palatinus belzensis, haliciensis et colmensis, capitaneus exercituum regni campestris.

[Către duce.]

(Ibid.)

LXXII.

Vilna, 23 Iulie 1554.

Sigismund-August „consiliariis regni in negocio Serenissimae Hungariae Reginae".

Un sol turc cere a se permite întoarcerea Regineĭ. „Principem quidem suum iureiurando et fidei quam olim patri eius dedisset, satisfacere studentem, velle illum in Transilvaniam, iusto ad hoc comparato exercitu, per Valachiam deducendum curare regemque creare...."

(Cracovia, Biblioteca Jablonowski, ms. 175, p. 125.)

LXXIII.

Boianowski către duce; Posen, „3 *(sic)* anni 1555".

[P. S.]

Ex Hungaria.

Venerunt ab episcopo varadinensi duo legati magna authoritate, Peruszicz dictus, prefectus militum eiusdem episcopi, et Enyc [=Benedick] Ystwan, capitaneus in Dzyula, ad dominum Batori; quorum legacio nondum est nota. Secreto enim modo fuit tractata. Qui hoc publice dicebant pro re certa quod Cesar Turcarum dedit Petro Petrowicz qui in Poloniam cum filio regis Ioannis venerat, terram Moldavie et in Inferiori Valachia, Avasalfeldi,—sunt loca sibi vicina—, et in Hungaria Temeshwar, cum omnibus proventibus qui pro Cesare exigebantur. Item dicebant venire 100.000 Turcarum versus Budam, eo nomine ut filius Ioannis Regis in Hungariam reducatur. Hec nova attulit Craccoviam Benedic Dyac, unus ex consiliariis domini Batori....

(Königsberg, *l. c.*)

LXXIV.

N. Sieniawski către duce; „Ex Brzezani", 28 Iulie 1555.

[Pomenit Marcel Konarski, ruda luĭ.]

Novarum rerum hic nihil habetur que digna essent ad significandum Celsitudini Vestre: hoc solum quod Turcam

aiunt in Amaza[1] eo tempore esse, quindecim dierum spacio a Constantinopoli, narraturque ab his qui de Constantinopoli veniunt eundem faedus ad aliquod annos cum rege Persarum, alias Zophi, inire etiam in anno constituisse, omnes suas vires convertendas contra principes christiani nominis et futuro vaere vel estate Hungariam invadere et ad finem illam totam in potestatem suam adducere. Nunc vero mandavit Palatinis seu Waiwodis Moldawie et Multaniae Turcisque bialogrodecensibus, tehinensibus, sylistriensibus, una cum Tartarorum copiis, ut, si Serenissimus filius regis Ioannis Hungariae, pro autumno proxime futuro, non intrabit in terras Transsilvaniarum, ad eiusdem vocationem et postulata, iam non semel per eius nuntios factam et nunc denuo per oratorem Serenissimi regis Gallie renovatam, ut illas terras Transilvaniarum omnes prefati invaderent et vastarent ferro et igne; quod Deus omnipotens avertat et eorum conatus et tyrannidem illam in nihilum redigere pro sua clementia dignetur....

(Ibid.)

LXXV.

Ioan Tomicki, castelan de Rogosen, către duce; Posen, 2 Iulie 1556.

....Verum in preteritis comitiis petrcoviensibus Regia Maiestas, una cum consiliariis ac nunctiis huius regni, presidio publice expeditionis, si necessitas expostulaverit, providere constituit, ac, cum ad Regiam Maiestatem aliquoties perferratur Imperatorem Turcarum constituisse et Palatino Moldaviae demandasse ut cum suo toto exercitu illius terre ad expugnandas in Hungaria arces et Wiennam occupandam occurreret ac per terras Poloniae regis, domini mei Clementissimi, pergeret iter, Regia Maiestas, providendo indemnitati, dominiis suis binis iam restium litteris ad expeditionem publicam nobilitatem suam concitari est dig-

[1] Amasia.

nata nihilque aliud a nobilitate huius regni quam tertie restium littere, in quem locum se conferant, expectatur....
(Ibid.)

LXXVI.

Martin Sborowski către duce; „Stobnicie", 10 Iulie 1556.
E „in confinibus Valachie". Nu dă știri.
La 16 August e „Stopniciae".
(Ibid.)

LXXVII.

Ducele Prusiei către contele de Ostrorog; 28 Septembre 1556.
Illustrissime... Vestre amanter caelare nolumus nobis ex Russia sive Podollia aliquot equas turcicas superiori tempore missas esse, quas in equitio nostro singulari cura et diligentia alendas et asservandas curamus. Cum autem equum admissarium, ex cuius coitu id genus equorum multiplicari solet, non habeamus, vehementer ab Illustritati Vestra petimus ut equum turcicum non exactum sive eunuchum, sed qui augendo equitio seu armento idoneus sit, nobis comparare et transmittere non gravetur....
(Ibid.)

LXXVIII.

12 Decembre 1556.
Ducele către Stanislas Konarski, care se oferise, prin fiul său, a cumpăra boi și a face alte servicii.
(Ibid., p. 164 și urm.)

LXXIX.

Nicolae Tarlo către duce; „ex castris ad vicum Poswole", 31 August 1557.
....Nova ex Podolia Demetrium Wissnioviecczki municione ista Chortica appellata vacua decessisse, quam hostis, magnis

copiis admotis, Turce enim et Tartari iustum exercitum cum tormentis bellicis eo premiserant, ubi vacuam a propugnatoribus reperit, dirutam et exustam proiecit et reliquit, ille vero tormenta bellica et omnem apparatum quem eo contulerat, partim in aquas submersit, partim secum abduxit et alteram munitionem, 10 miliaribus propiorem ab arcibus regni vel ducatus Lithuanie, munire agreditur....
(Ibid.)

LXXX.

Ducele „Georgio Sclucensi"; Königsberg, 27 Octombre 1557.
„Nobilis adolescens Horatius Curio, Illustritatis Vestrae literis commendaticiis ornatus ac per se etiam commendatione dignus, honorificam apud nos habuit Illustritatis Vestre depredicationem, cum quod multis amplissimisque ab illa beneficiis se exceptum diceret, tum quod plurimum nos quoque ab Illustritate Vestra amari testabatur." L-a primit „servitorum nostrorum numero" [1].
Merge în solie. Recomandația luĭ Ioan Laski, la 6 Iunie 1558.
(Ibid.)

LXXXI.

1558. Instrucțiĭ pentru Horatius Curio.
În acelașĭ pachet: „Memorial was im Nhamen Fr. Dt. zu Preussen, etc., Irer Fr. D. Heup[t]man auf Preuscheilan, Caspar von Lehnndorf, bei den, cum titulo, Martino Sborowski [2], posnischen Woywoden, werben sollen" (Mart 1559).
(Ibid., Gesandtschaftssachen.)

LXXXII.

„Wilde", 4 Februar 1558.
Jorg Clefelt către magistrații Danzigului.
....Die Czeitunge aus der Podolie erfolgt sich mitt mehren

[1-2] Maĭ tirziŭ e amestecat în istoria luĭ Despot. V. Iorga, *Nouveaux matériaux pour servir à l'histoire de Jacques Basitikos l'Héraclide dit le Despote*, București, 1900.

Jamer, und kompt Kuntschafft das czvischen der tatarschen und walachischen Grentzen wol in die 20.000 Turcken liegen sollen, von denen mann auch eines Einfals czu gewarten, doch, wie mann sie beschickt und fragen lossen worumb sie dahr legen, sollen sie geantwort haben, sie sollen der Konige Isabella in Ungernn kegen Konnigk Ferdinandum czu cziehen. Hette mann den frommen Prettewitz lassen an der Grentzen bleiben und dem Hern Visnewetzken och Hulffe und Beistandt geleistet und sie nicht dem Turcken und Tatern czu Gefallen abgefordert, wehr itzo eines grossen Schatzen werdth... Gemelter Her Visnnwetzki, weil ehr gesehen das mann seiner nicht geachtet und ime auch keinen Beistundt thun welten, hat sich in die Moskau unter dem Moskowiter begeben....

(Archivele din Danzig, *Acta internunciorum*, XII, p. 148.)

LXXXIII.

Scrisorĭ ale luĭ Luca Gorski pentru Curio (Posen, 20 Iunie 1558). Și ale luĭ Stanislas Thenczynski (August) [1].

(Archivele din Königsberg; Scrisorĭ Polone.)

LXXXIV.

Alexander, vonn Gotts Genadenn Weywode unnd Hospodar des Lande Moldaw.

Gressmechtiger Herr unnd lieber Freundtt. Ewr liebenn Gesuntheit durch unnser Schreibenn zu ersuchenn, habenn nitt unnderlassen wollenn. Wie wir nehermals in unnsern Geschefftenn zu E. L. unnsernn Diener Rohosinski verschickttt, durch welchen unns E. L. mitt Ihr G. dem Hertzogenn zu Preussen Freunthschafftt annzunehmenn vermantt, welchs wir dann zu thun gerne geneigtt, haben unns auch E. L. unns ihn deme Ihre Gnadenn zu verhalten geschrieben, das wir Ihrer Gnaden oder Liebden turckisch Krautt zu gutt

[1] V. nota precedentă.

zu keuffen Bevhelch thetenn, so konnenn unnd mugen solche Ding nitt gekaufftt werdenn, es were denn ein Mann der sich wol drauff verstunde unnd sie kente vorhannden. Als schickenn zu Vleiss zu Seiner G. bemeltenn unnsernn Diener Rohosinskj in Willenns mitt S. G. gutt Kunthschafftt unnd freunthlich Vorhaltenn zu machenn unnd annehmen, wie wir E. L. auch hirin gebeten haben wollenn, E. L. woltenn unnsernwegen thun, unnd dem Ihren mitt dem unsernn Diener zugleich schickenn unnd S. G. unnsernn Willenn vermeldenn. Zu Gedechtnuss oder Verehrung schickenn S. G. ein turckisch, das annder unnsers Landes, Rosse. Unnd, da S. G. mitt unns gutt Kenthschafft machenn unnd frenthlich Vorhalten annehmen, wollen unns hinfurder nitt wegern unnd beschweren unnd S. G. durch unnser Gesandtenn ersuchen unnd mehrer Gedechtnuss beschickenn. Da auch S. G. ettwas in unnsern Herschafftenn zue Haussshaltung von Ochsen, Kichen zu keuffen vonnothenn, des denn S. G. die Fulle findenn, wollenn wir es nitt wehren. Willen selbst auch zu solchen Zeitt S. G. ohnn Geldtt mitt Ochsen unnd Kuhen in die Kuchen, zu Gedechtnuss, verehren. Es wolte nurtt S. G. auch hin wederumb gegen unns mitt denen Dingen so in S. G. Lannden vorhannden, sich verhaltenn, als vonn Harnischen, auch Pantzerhembt, Helmlin unnd Geschutz, hundertt, mehr weniger, gutt Hackenn. Welchs wir dan vonn S. G. nitt umb sonnst haben wollenn, sonndern mitt Geldtt erstadtenn. Unnd, wann S. G. Willenns mitt denen Dingen unns sich zu verhaltenn unnd zu Ererb *(sic)* oder unns gefurtt unnd vorschafft mochten werdenn, wollen wir den Furleuten die Zalung zu thun bevhelen lassen. Begerenn auch von E. L., wolte sich seins Theils fur sein Person auch drein legenn. Das wir mitt S. G. Kunthschafft unnd freunthlich Vorhalten, des wir ein sundern Gefallen unnd Verlangen machen und annehmen mugen. Sonnsten anders mehr haben wir zu E. L. durch unnsern Dienern Rohosinskj entpotten. Unnd wollen unns hiemitt Ew. L. Freunthschafft empfholen sein lassen.

Datum von Rczawi, 23 augusti des [15]59-ten.

[V-o:] Des wallachischen Woywoden Schreiben an den Hern Procop *(sic)* Synyanfky [=Sieniawski].

[Apoï:]

Am Xj Octobris des 1559 Jars ist in Bothschafft bey F. Drt. zu Osterrode ankommen Michael Rohozinskie, als sein Gesanther dess Hern Alexandri, muldawischen Woywoden, etc., und, nach Uberantwortung eines polnisch geschribenen Credentz-Briffes, folgende Meynung angeworben.

Erstlich hat er wegen des Hern muldawischen Woywoden F. D. freunthlich gegrusset und gesagt das er Befhell hett wegen seins Herren, vormittelst der Credentz, des Hertzogen Gesundheit zu ersuchen; wher von seinem Herrenn abgefertiget mit S. F. D. als einem cristlichen Herren Kundschafft zu machen. Dan dem Herren Weywoden wher durch den Hern Prokop und andere von S. F. G. als einem cristlichenn Herren vil Guttes gesagt worden, dorumb ehr bewogen S. F. G. zu ersuchen. Sein Herre hette Lust mit allen cristlichen Fursten Kundschafft zu haben, schikkethe demnach zue einem Zeichen begerter Freunthschafft dem Hertzogen czwey Ross, eins arabisches und eins seiner Landen, mit Bit, S. F. G. wold es frewhlich auff und annemen und die Geringheit der Geschenke nicht ansehen, sunder dy Freunthlikeit des Herren Woywoden dobey vormerken, dem, so auch ethwas in seinen Landen zu bekommen, das F. Dht. gefellig, so sey er urbottig alles desselbe S. F. G. williglich zu kommen zu lassen, vorsehe sich des gleichen von S. F. G. fruntlich (?).

Darauff haben F. D. dangen sagen und Gegenerbieten thun lassen, und ist angehengeth, das S. F. G. mit allen cristlichen Potentaten gerne Frunthschafft und Kundschafft haben, dorumb so ist disse des Woywoden erste Suchen S. F. G. gantz lib und angeneme. Bitten S. Ht. wold des Hertzogen Kundschafft sich gefallen lassen und sich dessen zu S. F. G. vorsehen; dorfft der Hertzog S. Ht. Freinthschafft erweyssen konnen, so thun sie es in Thunlichem gerne. Nemen dy uberschikten czwey Ross freuntlich auff

und an: sollen S. F. G. als von einem newen Freunde lib und angenem sein; konthen S. F. G. dem Hern Weywoden ethwan worin widder dienen zu Gefallen sein und was thun domit dy Frunth- und Kundschafft gesterket und gemehret werde, so thun sie es in Thunlichem gerne.

Der Gesanthe hat von wegen der Hern Rethe des Woywoden aus der Moldau dy furstlichen Rethe gegrusset, und inen vil Gluck und Gesundheit gewunschet. Folgendes den Hertzogen zu Preussen seyne Dinstwillikeit mit Fleiss offeriret und zum Zeichen desselben S. F. G. einen Zelder geschenckt, mit Biten, S. F. G. wold das Kleyne von ime gnedigst annemen.

Dorauff ist billiche Dangsagung ssowol wegen F. Dt. als der Rethe geschen; nach solchem hat der Gesante weytter geworben, das der wallachische Woywoda willig sey Alles was in des Woywoden Land und Herschafft an Pferden, Ochssen, Kreuter oder Anderm zu bekommen und denen Hertzogen gefellig, willig und gerne zukommen wolde lassen. Mocht auch wol leiden das S. F. G. jmandt der Jrigen darnach hinein fertigte, der solde guthe Sicherheit und Forderung haben. Es hat auch der Her Procop umb etzliche Kreuter S. F. G. in seinen Herren Lander zu bestellen geschriben, im welchem der Woywoda allen Fleiss angewendet; dieweil aber der Ort keine gleiche, auch sunsten Niemand zu erfaren der dy Kreuter kennete, het sein Herr dem Hertzogen nit wilfaren konnen. Bet fleissig seinen Herren in dem entschuldigt zu haben. Do aber der Hertzog jmands dornach hinein fertigen werde, wold der Her Waywoda in seiner Herschafft solche Kreuter gerne suchen und S. F. G. folgen lassen.

(Ibid., VI, 38, 38.)

LXXXV.

Alexander s laski bozii Woiewoda, hospodar ziem moldawskich, etc.

Jasnie oswieczone kxiaze prziiaczieliu nam vprziimie mily. Maiacz my dostatheczna sprawe od niektorych prziiacziol

nassich s Polski zesie W. M. kasdemu dobre zachowywacz raczisch, My thesch pragnacz krzesczïianskii przïiasni s kasdem panen krzesczïianskim wzielichmewo przed sie abychmy mogli s wascha mczia snaiemoscz dobra y przïiasni krzesczïianska wziacz. Umyslnie posylamy do Wascha Mczi vrodzonego Michala Rohozinskie, dworanina naschego, aby imeniem naschim W. M. nawiedzie y przïiaczielskii posdrowil. I dlia thegoss posnania swacha Mczia przes thegóss dworanina nassego posylamy W. M. vpominku konia tureczkiego, a dvvgiego ziemie naschi moldawskii tho W. M. od nas nadziecznie przïiacz raczi poselsthwo vsne pzes thegoss wyssepisanego dworanina naschego poreczilichmy. Aby przed W. M. opowiedzial o czo izondamy. Aby go W. M. wesluchawschi wiare iemu dacz raczil. I na the slowa przes niegoss raczil by W. M. do nass roskazanie vczim cz s them sie vprzïimey dobrey przïiasni W. M. zalieczamy. Dan Suczawy, dnia 29 xiezicza Awgustva, anno D. 1559.

[V-o :] Jasnie oswieczonemu panu panu Alberthowi s laski bozii kxiezecziu pruskiemu, przïiaczieliowi nam vprzïimie milemu.

Des moldauischen oder walachischen Woywoden Schreiben an F. D., darin ehr F. D. Kundtschafft suchen.

[Pecete de ceară roșă, ruptă.]

[Traducerea germană contemporană:]

Alexander, vonn Gottes Genadenn Woywod unnd der moldawschen Landen Hospodar, etc.

Durchleuchter Furst unnd bsonnder lieber Freunndtt. Nachdeme wir rechtschaffen unnd grundtlichen von ettlichenn unnserenn aussem Landt zu Polen Freundenn das E. L. gegenn eym iedernn sich woll unnd freunthlichenn verhaltenn thun, Bericht empfangen, als haben auch wir, die der christlichenn Freunthschafft mitt eym iglichen christlichenn Herrn begirigk, diss fur unns genohmenn das wir auch mitt E. L. gutt Kunthschafft unnd christliche Freunthschafft auff und annehmen mechten. Schickenn derwegenn unnd zu sonnderm

Vleiss zu E. L. den ehrenvhesten unsernn Hoffdienern Michelln Rosinskj, welcher vonn wegen unnd in unnserm Nahmenn E. L. ersuchenn unnd freunthlichenn begrussen soll. Unnd, umbe solcher mitt E. L. Kunthschafft, schickenn E. L. zu Gedechtnuss unnd Verehrung durch bemelten unnsern Hoffdienern ein turckisch Ross, dass Andern unnsers Lanndes Moldawe. Welchs E. L. vonn unns freunthlichen unnd dencklichen annehmen wollenn.

Die Beschafft oder Werbungk E. L. mundtlichenn annzutragenn habenn wir obgedachtenn unnsernn Hoffdienern bevholenn. Nach welches Verhör frunthlich begerenndt, ihme in deme Glaubenn geben wollen, unnd darrff wiederumb durch ihnen unns beanthwortenn lassen. Wollenn unns himitt gutter unnd steter Freunthschafft E. L. empfholen sein lassen.

Datum von Kczawj *(sic)*, den 29 Augusti.

(Ibid., VI, 38, 37.)

LXXXVI.

[Traducere de original polon :]

Durchleuchtigster, hochgeborner Furst, gnedigster Herr. Nach Erpittung meiner underthenigen unnd willigen Dinsten. Gebe der Allmechtige das E. F. Dt. an Regierung Gesuntheitt unnd Allem samptt derselben gantzen Herschafft wol ergehe. Welchs E. F. Dt. getrewlich als ein williger und ewiger Diener von Hertzen.

Daneben, gnedigster Furst unnd Herr, E. F. Dt. nitt zu pergen das meynn Diener auss Unngernn kommen unnd angezeigtt das Ihr Koniglich Mtt. von Unngern mitt Leibs Schwacheitt behafftt... Unnd, wie ich E. F. D. unnderthenigst zu dienen alwegk gevlissen, als wolte auch von Hertzen unnd gern sehen das all Weldtt, hohes unnd nider Stands, das E. F. D. gern diennten unnd wol verhieltenn. Dann, da ich, gnedigster Furst unnd Herr, ausm Landt zu Unngern nach Hauss gezogenn unnd mir der Weg uff die Wallachej forgefallenn, hab nitt underlassen, unnd zu Seyner Gnade dem wallachischen Woywodenn einsprochenn; da dann unntter Anndern

auch E. F. D. uber Tisch gedacht wordenn. Woruff ich als ein Diener E. F. D. dem Herrn Woywoden in Beisein vieler Herrn und sein Rethen wess mir von E. F. D. bewust uff ihr voriges Annregen gesagtt, unnd gefragtt ob Ihr G. nitt E. F. D. ir keine Kunthschafftt, entweder durch Botschafften oder sunst durch Brieffe ihe gehabtt oder angenohmen. Daruff ehr wieder das Keiner ihemals gehertt oder gedecht das ettwa einer des wollachischen oder moldawschen Landes bej E. F. Dt. vonn dem Herrn Woywoden ihe gewesenn. Demnach habe ferner dem Herrn Woywoden unnd andern Hern zu sagen nitt unnderlassen das all christliche Herrn, auch Konige, E. F. D. Kunthschafftt unnd Freunthschafft begertt und angenhommen unnd nitt annders gegen E. F. D. dan gegen ihrem Vattern sich vorhilten, auch dafor achteten, ihme derwegen auch nitt ubel geburenn dann mitt E. F. Dt. Kunthschafft unnd Freunthschafft anzunehmen selle. Welchs in dan darzu bewogenn das Ihr Gnade jtzo zu E. F. D. seine Hoffdiener einen mitt zweyen Pferden, einem auss Arabien, den Andern seins Landes, mitt E. F. Dt. Kunthschafft zu machen sehr begerendt, geschicktt. Hatt mir auch geschrieben, da E. F. D. ettwas vonnothen unnd selchs nhurt durch ihr Schreiben melden, wolte ehr gegen E. F. D., es were von Ochsen, von Kuhen unnd Anndernn so in seym Land, auch ohn Zoll (wie solchs auch E. F. Dt aus beigelegtem seinen Brieffe ahn mich besser vorstehen), sich gerne damitt verhalten. Schreibett mir daneben auch von Geschutz, Harnisch, Pantzern unnd Anndern welche ihme E. F. D. in ihrenn Lande zu machen unnd bestellen bevhelen lassen; begertt nichts umb sonnst, sonndern wolte dagegenn Ochsenn, Geldtt unnd sonnsten was in seym Lannde, es kost auch was es immehr wolle, widerumb gegen E. F. E. vorgleichen. Und, wiewoll ich ihme daruff das solhe Ding vielleichtt aussm Lannde mitt gefurtt mochtenn werden geschrieben, so hatt er doch das ehr von Ko. Mt. damitt es geschehe Brieff aussbringen,—es wolte sich nurtt E. F. D. solchs ihm bestellen zu lassen nitt weygern unnd mitt kein Uncosten, sie weren wie sie wollen, Aussrede

suchen; mir wiederumb geschrieben, — wie solchs meynn Diener durch Konarskenn, welchem E. F. D. in Allem Glauben geben wollen, E. F. D. weittleufftiger berichten.

Wie mir auch E. F. D. ettliche turckische Kreuter sampt eym Kerlen, den damit wisse umbzugehen, zu bestellen geschrieben, als habe alle meynen unnd muglichen Vleiss angewandtt unnd noch thu, auch dem Herrn wollachischen Woywode darumb geschrieben, zweiffell nit, da E. F. D. mitt ihm Kunthschafft machen, solche werde leichtlich zu Weg bracht. Es wolte nur E. F. D. ein solchen Man, der daruff sich wol verstehe, alhero verschicken, so wil der Herr Woywode mitt eigen Uncosten an die Orter da sie zu bekommen (welchs ihm dan leicht zu thun, weill er daselbst Hoffe. Diener, auch seinen Sohn am keisserschen Hoffe habe), Ihr weiter schickenn.

Letzlichen E. F. D. nitt zu verhalten das der Her wallachisch Woywode, da er im Land zu Ungern mitt seym Krigsvolck gewesen, viell unnd grosse Ehre samptt Erzeigung seiner Dienst der Konigin unn[d] dem Konige bewisen; wo derwegen E. F. D. ime schreiben wurden, wolten ihnn fur die Freunthschafftt (dann ich ime das die Konigin samptt dem Konige E. F. D. mitt Bluttverwandtnuss zugethan, angezeigtt), so er gegen E. F. D. Freunthschafft ertzeigt unnd gethan, dancken. Werden ihm E. F. D. ein sunderlichen unnd grossen Gefallen thun. Wollen ihm auch E. F. D. in demselben ihrem Schreiben auch zu commendiern (dieweill mir solche hoh, als dem der durch sein Landtt ins Landt zu Ungern offtt gehen muss, itz auch binn, zwe oder drej uffs Lanngst Wochen zu Ihr Kö. Mt. ziehen wirdtt mussen, vonnothenn) gnedigst nitt unnderlassen. So auch E. F. D. zu Ihr Ko. M. ettwas zu schreiben gesinntt, mugenn E. F. D. solchs durch meym Dienern, der stracks ins Landt zu Ungern mir nachziehen unnd, alsbaldt er sich von E. F. D. abfertigen, thun lassen. Will hiemitt mit samptt mein underthenigen Diensten in E. F. D. Gnaden empthelen haben.

Datum vonn Zagorza, die Mathej [21 septembris] des [15]59.

Undertheniger und ewiger oder steter Diener E. F. Dt.: Procop Syenyawskj.

[Către duce.]

(Ibid., Scrisori Polone.)

LXXXVII.

Illustrissime princeps, domine, domine gratiosissime,

Post minimam servitiorum meorum commendationem, ut Deus O. M. Illustrissimam D. V. sanam et incolumem multoque tempore dominantem conservare dignetur. Id ego Illustrissimae D. V. votis omnibus exopto.

Magnificus dominus Pallatinus Moldaviae, vicinus Sacrae Regiae Maiestatis, ad Illustrissimam D. V. nuncium suum mittens, me per litteras suas postulavit ut eam rem Illustrissimae D. V. nunciarem; in quo me illi excusare non potui. Nunc ergo per eum dominum nuncium eius Illustrissimae D. V. litteris meis notifico simulque precor ut me Illustrissima D. V. gratia sua conplecti non dedignetur et ad omnia servicia obeunda Illustrissimae D. V. paratissimum esse sciat. Cui me commendo.

Datum in Zgorsko, XXIX septembris, anno restauratae Salutis humanae 1559.

Eiusdem Vestre Illustrissime Celsitudinis

Servitor ad omnia paratissimus: Ioannes Mieleczky, Pallatinus terrarum Podoliae, regni Poloniae supremus marschalcus, grodecensis, samboriensis capitaneus, etc.

Manu propria.

[Către duce.

Pomenit la 18 Novembre 1559 „Curio".]

(Ibid.)

LXXXVIII.

Procopio Sieniawski. Mutatis mutandis, Ioanni Myelieczkj, Palatino podoliensi; 14 octobris [1559].

Gracias agit quod eius opera Palatinus Moldaviae ad contrahendam amicitiam impulsus sit, quoque in curanda rabarbara diligentiam adhibuerit.

Nobilis et generose, syncere nobis dilecte. Quod Vestrae Generositatis opera factum est, ut nobiscum M. D. Alexander, dominus Palatinus et dominus Moldavie, missa ad eam rem legatione, amicitiam contraheret, fuit id nobis vehementer gratum eamque ob rem Vestrae Generositati habemus gracias: semper enim fuit optatissimum cum externis principibus, iisque christianis, quibus communi religionis vinculo coniuncti essemus, peculiaris etiam amicitie nodis illigari. Itaque benevolentiam eius, amicitiam nostram ultro expetentis, cupide amplexi sumus eamque, quantum in nobis erit, summa constantia colemus, atque omni offitiorum genere tuebimur. Quod vero ad postulationem ipsius de armis tamen mittendis attinet, non gravate ei sumus assensi atque in eo omnino gratificari ipsi statuimus. Ad curam tamen eius pertinebit ut id apud regem Polonie efficiat, quo nullum in transmissione armorum in itinere interveniat impedimentum. Praeterea ex literis G. V. perspeximus G. V. in curanda rabarbara quam potuit diligentiam adhibuisse, eaque nobis fuit gratissima; sed quod de homine huius rei perito adijcit G. V., id nos neutiquam arbitramur esse necessarium. Cum enim de ea re ad G. V. scriberemus, existimabamus recentiorem eam radicem in illis oris reperiri quam que ad nos perfertur. Verum, cum mediocris rabarbare hoc tempore nobis copia facile fieri posit, non putavimus tantum oneris vel Magnifico domino Palatino Moldavie, vel G. V., in posterum imponendum.

Denique quas commendationes ad Serenissimam Reginam Izabellam et Magnificum dominum Palatinum a nobis G. V. postulavit, quam potuimus diligentes *(sic)* perscripsimus, magis ut in eo G. V. morem gereremus quam quod G. V. apud eos quibus ante per se G. V. esset commendatissima nostra quoque commendatione opus esset. Quod superest a G. V. petimus ut benevolum erga nos animum, quem multis argumentis habemus cognitum, integrum ac, si fieri potest, auctum etiam conservet. Nos nihil de pristina erga G. V. propensione remissuri sumus.

Datum Osterode. F. Anlanck.

[Pp. 739-40:] Ioanni Mieleczki.

[Pp. 739-40 ?] Ioanni Mieleczki.

Magnifice et generose amice, syncere nobis dilecte. Litteras Magnificentie Vestre per nuntium Magnifici domini Palatini Moldavie nobis redditas libenter accepimus et magna cum voluptate legimus. Fuitque nobis gratissimum quod nos M. V. litteris suis inviserit, eaque in re animi sui benevolentiam abunde declaraverit ac expresse etiam verbis promtam erga nos voluntatem testata sit. De qua, tametsi nunquam quin ea optima esset dubitaverimus, tamen hoc ipso concepta de V. M. opinione vehementer est confirmata. Nos vicissim Magnificentiae Vestrae singularem animi propensionem in omni genere officiorum copiose pollicemur.

Datum ut supra.

F. Anlach.

LXXXIX.

Palatino Moldaviae, 28 martii [1559].

Ut litteras regias passuum pro expetendis quibusdam instrumentis impetret.

Officia et benevolentiam nostram. Illustrissime et Magnifice domine, amice syncere dilecte. Memoria tenet Magnifica Dominatio Vestra ex relatione sui internuntii, nobilis Michaelis Rohozinski, quid eidem superiori anno sub mense octobris receperimus, de curandis et fabricandis his in dicatu *(sic)* nostro rebus quibusdam necessariis. Quas quidem res sive instrumenta cum circa festum Penthecostes proxime futurum aut paulo post duabus septimanis parata iri speremus, duximus Magnificam Dominationem Vestram amice et benevole admonendam ut in tempore antequam ea hinc aufferri iubebit, det operam ut litteras quas vocant passuum a S. R. M. Poloniae, etc., impetret, quarum vigore eas res omneis libere et citra aliquod impedimentum per universum regnum Poloniae via usitata evehere liceat. Veremur nam Magnificentie Dominationi Vestrae, si eiusmodi littere regie non sint inpromptu, hae res sub aliquo forte pretextu ab incolis Suae Regiae Maiestatis detineri et arrestari queant. Quare, quod ex officiosa animi nostri propensione Magnificam Domina-

tionem Vestram huius rei admonemus, petimus ut id boni consulat, siquidem illi ex animo bene volumus.

Datum C. S.

[Pp. 1051-3 : Către Palatinul de Cracovia. Recomandă pe Curio (2 Maiŭ).]

(*Ibid.*, pp. 942-3.)

XC.

Stanislao Konarski, 30 martii [1559].

Nobilis, syncere nobis dilecte. Scripsimus Illustrissimo ac Magnifico domino Palatino Moldaviae, etc., in negotiis ad Suam Magnificentiam pertinentibus. Quare petimus quod Magnificentia [=Gratia] Vestra ne gravetur has presentes litteras nostras Sue Magnificentiae transmittere. Si qua in re G. V. vicissim clementer commodare possumus, non sumus illud pretermissuri. Nihil dubitantes Sue Magnificentie hoc ipsum quoque Generositatis Vestre offitium pergratissimum fore. G. V. bene valeat.

Datum C. S.

(*Ibid.*, pp. 950-1.)

XCI.

Palatino Moldawie, 14 octobris [1559].

Litterae officiosae, et gratias agit pro equis missis.

Illustrissimè et Magnifice domine. Post amicam, studiosam et promptam nostram benevolentiam. Magnificentiae Vestrae caelare non possumus nos Magnificentiae Vestrae litteras per nobilem eiusdem fidelem nunctium et aulicum Michaelem Rohozinskj 13 octobris in arce nostra Osterode perquam grati ac lubenti animo accepisse. Ex quibus ultra amicam et offitiosam salutationem singularem et piam, non solum erga nos, verum omnes christiani nominis principes inprimis propensam nostraeque amicitie percupidam voluntatem, idque ex predicti nunctii fideli et diligenti relatione, cognovimus. In quo non possumus non tante ac preclare pieque mentis voluntatem ac studium collaudare. Quam quidem non solum amplectimur, sed et constantem optamus

eamque nos studiose et sancte conservare mutuo et perpetuo studebimus. In signum eiusdem amicitie equos missos ab Magnificentia Vestra grato animo accepimus. Siquidem in quo vicissim Magnificentia Vestra gratificari possit, in eo iure amicitie studium nostrum omne Magnificentiae Vestrae offerimus. Ad postulata vero Magnificentiae Vestrae nos erga nunctium eiusdem mentem, studium et voluntatem nostram declaravimus, quo pacto, quoque temporis intervallo illa omnia confici et expediri possint. Qui sine dubio Maiestati Vestrae omnia, uti iniunctum, abunde et fideliter referet. Cum autem ea in re generosus et nobilis Procopius N., tam Magnificentiae Vestrae, quam nobis solitam et fidelem suam operam obtulerit, non dubitamus eum ob id Magnificentiae Vestrae quemadmodum petiit commendatum fore ; quem quidem Magnificentiae Vestrae ita commendamus ut intelligat nostrae nunc cepte amicitie ius obfirmatum. Quod quidem ius nos inviolatum perpetuo conservare studebimus atque ob id Magnificentiam Vestram bene ac foeliciter valere cupimus.

Datum Osterode. DD. Frantz.

[Urmează recomandația lui Procopiu către regina Isabela (14 Octombre) și Ioan (aceiași dată).]

(Ibid., 1556-9, pp. 748-50.)

XCII.

Alexander, von Gottes Genaden erbgeborner Weyda unnd Herr im Land Mold[au].

Unsern Grues, mit Erbiettung unser freindtlichen yederzeit beraytten Guettwilligkhaytt zuvoran. Durchleichtiger, grossmechtiger Fuerst, genediger Herr und Freindt. Wier haben Eur Furstlichen Gnaden Schreiben an unss emphangen, durch den Edlen Stanislaum Khornytzkhy de Cernyctza, nemlich den 14. ditz Monatts negst verschinnen, und den freundtlichen Inhalt wol vernomen. Das unss E. F. G. schreybt unserer Sachen halb (so wyer durch unsern Getreuen Michael Rohozynskhy in yerer Landen zu arbaytten bestimbten), solchs

auff negst Pfyngstfeyertagen, oder 14 Tag auff das Lengst daruber, sol volbracht und ververttiget werden, dess thuen wier unss nit wenig erfreyen: bedannkhen unss auch höchst gegen E. F. G. in Sonderhaitt, als gegen unserm frendtlichisten Gn. Herren, Freindt und Gunner, dan wier nit wenige Gunst, auch Freindtschafft spueren thuen, so dan E. F. G. zu unss tragen thuet. Welchs auch wier in aller Freindtlichkhaytt gegen denselbigen und der Yerigen herwiderumb reychlich wollen erkhennen und vergelten, und yederzeitt geniessen lassen. Es schreybt uns auch E. F. G. das wyer unss bey der Khu. Mtt. auss Poln mit einem Bassbrieff versechen sollen, eer dy unser Arbaytt volendet werde, damit wyer sölche unser Arbeytt desto sicherer und behender on allen Aufthalt oder Vertzug möchten durch das Landt Poln hieher zuebringen. Welchs wyer in höchsten Dankh von E. F. G. thuen auffnemen. Aber es soll E. F. G. wissen das die Khu. Mtt. vil zu verr und weit von unss ist. Des gleichen auch also E. F. G. hatt unss demnach wol angesehen, E. F. G. wölle sölche unser Arbaytt nach Vollendung unss zum Gefallen Zaiger diser Brieffen, unserm guettem Freindt und yerem Dyenner, zueschikhen und uberanttwortten, nemlich gnandtem Stanislao Tzernyctzkhy de Cernyctza, welcher es dem Prokhop, unserm guet Bekhandtenn, beyschikhen unss zuegesagt, von dem wier als dan gar leichtlich mugen bekhomen. Weytter hatt unss dieselb E. F. G. bey unserm Getreuen Michel Rohozynskhy embotten gehabt und begeret yer zu verordnen hundert turkhischer Artt Khuen: welche Eur F. G. wissen solt das sie schon verhanden, und die Besten und Erweltesten, als wier sie mugten gebaben, und yerret nichts, allein das E. F. G. yerer Getreuen Einen darnach senden thuen. Erbietten auch unss derselbigen bey 50 und ein Merers, auss Freyndtschafft, der besten turkhischen Artt Khuen mittzuthayllen; sein auch guettwillig gnaigt, dieselbigen zu sovil Khuen mit ettlichen turkhischen Styeren gnuegsamlich zu versechen. Was uber das in unserm Land ist, so derselbigen zu Guettem, oder yerm Land, khomen möcht, ist unser freindtliche Begern

es wölle solchs E. F. G. mit nichten verhalten, sonder sölchs unss zu wissen thuen: so sein wier auss hertzlicher Freindtschafft gegen dieselbigen betzwungen, E. F. G. solchs auff das Erst zuhanden sten zlassen. Hiemitt wunttschen wier E. F. G. das derselbigen lieb ist, thuen auch dieselbige mit sambt den Yerigen Gott dem Herren bevelchen. Geben zu Romawässär, den 20-isten Tag des Mayen, im Jar nach Christi unsers Haylandts Gebuertt des 1560-isten.

[V-o:] Spectabili ac Magnifico d. d. Alberto Seniori, Dei gratia marchioni brandenburgensi, in Prussia, Stetiniae, Pomeraniae, Cassuborum ac Sclavorum duci, burgravio norinbergensi, Rugiaeque principi, domino, amico nobis sincere dilecto.

[În sens invers:] Woywod aus der Moldau dancket Sr. D. fur die Bestellung des Zeuges, denen er durch sein Diener Michel Rohozynskj bestellet, zeigt an das er turckische Kuhe vor die Hand geschafft, die F. D. solle durch ire Diener holen lassen.

Datum Romanawässär, den 20 May, anno 1560.

[Pecete de ceară roșă, cirilică, ruptă.]

(Ibid., VI, 38, 6.)

XCIII.

Memorial wess von wegen Furstliche Durchleuchtickeit zu Preussen, etc., meines gnedigsten Herrn, an den Grosmechtigen Herrn Alexandern Woywoden inn der Moldau, etc., durch Marcellum Konarczkj, Seyner Furstlichen Dt. Camerern, geworben und gebraucht soll werden.

Nach Zuentpietung des gnedigen und freunthlichen Grusses Gluckwuntschung und Uberreichung der Credentz, solle der Gesante ferner vermelden:

Es hetten Furstliche Dt. zu Preussen, etc., verruckter Zeit ein Schreiben von Seiner Grosmechtickeit, welchs den 20-ten May vergangnes Jares zu Romanawässär ausgangen, bekommen und daraus Seiner Grossmechtickeit Gemüt und

Meynung zur Notturfft verstanden. Sonderlich aber das Seine Grossmechtickeit Furstlichen Dt. mit einer Antzal türckischer Kühe gern dienen wolte, auch dieselben albereit inn Vorrath geschaffet, und sich sonsten mit Allem das Seine Grossmechtickeit inn iren Landen hette, gutwillig erbieten thete; dafur weren F. D. zum Freuntlichsten dangbar, woltens auch umb Sein Grossmechtickeit hinwider freuntlich beschulden. Und, wiewol F. D. bedacht gewesen Seine Grossmechtickeit alsbald widerumb auff solch Schreiben zu beantworten, so were doch diese Verhinderung eingefallen das der Zeug den Furstliche Dt. zum Teil alhier inn Lande, zum Theil auch draussen im Reich teutscher Nation, Seiner Grossmechtickeit zum Besten, bestellet, bis anhero und uff diese Stunde nicht aller verfertiget. Bethen derhalben und begerten freuntlich, Seine Grossmechtickeit wolte an solchem langen Vertzoge kein Misfallen oder Beschwer tragen, sondern dasselbe, obgemelter Ursachen und Verhindernus, das mit dem Wachen und Zubereiten eingefallen, beymessen. Nun aber schicken F. D. Seiner Grossmechtickeit hiemit eine vergülte, desgleichen eine blancke geetzte Rüstung, uff Seiner Grossmechtickeit Leib gehörig, ein Pantzerhembde und Schnellriemen, einen Sattel mit sameten beschlagenen und ubergulten Zeuge, 30 Pantzer-Hembde, 30 Paradschuch, hundert Handrhor, hundert Peckelhauben.

Tolak de Soczavia, Armenum, suscepimus in ius armenicum.

Zachariam Armenum de Soczavia suscepimus in ius armenicum.

Ulubey Armenum de Soczavia suscepimus in ius armenicum.

Stepan Rutenum, rubricerdonem de Soczavia, suscepimus in ius nostrum civile...

Iaczko Armenus de Soczavia assumptus est in ius nostrum armenicum et iuravit.

Schadbey Armenus de Soczavia assumptus est in ius armenicum nostrum et iuravit.

Serkis Armenus, pellifex de Soczavia, assumptus in ius armenicum, iuravit....

(Ibid., f-o 337.)

LVIII.

1-iŭ Mart 1476.

„Baltazar cum Cristkone, sacerdote Armenorum, et Iacub, Temerbasch filius, cum matre sua, Mugalchatun", recunosc o datorie către „domino Dymitri Walata de Albo Castro" pentru Crăciun, cu case ca garanție. 1-iŭ Mart 1476.

(Ibid., p. 310.)

LIX.

6 Mart 1476.

„Ffortat, Armenus noster leopoliensis, cum Cristanno et Zacharia, filiis suis", recunosc o datorie de 100 de ughĭ de la „domino Dymitr de Albo Castro", de plătit la „Carnisprivium" (18 Februar). Mercurĭ, înnainte de Reminiscere (6 Mart) Plata se face la 1478, Miercurĭ înnainte de Laetare (25 Februar).

(Ibid., p. 311.)

LX.

9 Mart 1476.

„Her Nicolaus Eberko“ recunoaște către același 40 de ughĭ, de plată la Crăciun. Sîmbătă înnainte de Reminiscere (9 Mart). Plata în 1477, Miercurĭ înnaintea Purificațieĭ (29 Ianuar) în mînile luĭ „Dymitrasch“.

(Ibid.)

LXI.

1476.

E Pomenit „Chodzigi Armeous de Caffa“.

(Ibid., p. 316.)

LXII.

11 Decembre 1476.

Sahak Armenus de Soczavia dedit Steczkoni interpreti [civitatis ; Armeno] decem sexagenas super domum suam sitam penes domum Chaczig Popp... Actum feria IIIj-ta ante Lucie [11 decembris 1476].

(Ibid., p. 326.)

LXIII.

[1477.]

Ius civile acceptantes.

Georgius Sartor de Walachia, frater Petri Sartoris, absque litteris susceptus est....

(Ibid., f-o 355.)

LXIV.

20 Februar 1477.

„Steczko et Tulman, Armeni leopolienses“, recunosc o datorie de 128 de ughĭ către „Nicolao Brinsa [=Brînză] de Sereto“, de plătit la 15 August 1478; o casă e pusă zălog (20 Februar).

(Ibid., p. 330.)

LXV.

10 April 1477.

Două Rutene din Lemberg : „Maria et Katruscha Hrin-

czowa“ pun zălog jumătate dintr'o casă pentru 11 ughĭ, luați de la „domino Duma simpliciter Sima (în titlu e: „dominus Duma Walachus“) Walachus, [qui] venerat cum illis“ (10 April [1477]).

(Ibid., p. 333.)

LXVI.

1477-9.

Se vorbește despre daraverile luĭ Avram de Constantinopol.

(Ibid., pp. 361-4, 367 și 372.)

LXVII.

[1478.]

Itinerancie.

....Item pro actuali cervisie domino Stanczul, XXX grossi. Raciocinaciones.

...Iohanni, servitori civitatis, qui cum domino St[eph]ano in Walachiam equitavit.

Item IX g. carpentario, feria secunda infra octavas Epiphaniarum Domini [19 ianuarii].

Item corrigiatori eadem die XV g. Item pro ocreis servitori civitatis cum domino St[eph]ano versus Valachiam equitanti, XIIj g. Item pro usione ad eandem viam recepta VIIj g. lat. *(sic)* solvimus... Item pro pane, cervisia et aliis rebus ad viam Valachie receptis, mediam marcam.

(Consularia, III, f-o 376.)

LXVIII.

[1479.]

E pomenit „dominus St[eph]anus“.

Socoteala cu „Iohanne muratore“ Sîmbătă, veghea Penteceosteĭ [29 Maiŭ]. Îĭ rămîne o parte de primit, „recedens versus Valachiam“.

(Ibid., f-o 391.)

LXIX.

Dominus Migul, cancellarius terre valachiensis. Kalinik Armenus, concivis noster.

Veniens personaliter ad presenciam nostri consulatus Kalinik Armenus, concivis noster, obligatus est coram nobis Generoso domino Migul, cancellario terre valachiensis, tanquam factori legittimo Magnifici domini Hermanni, capitanei Albi Castri, sufficiens documentum et probacionem portare quod ipse eidem domino capitaneo Albi Castri in centum florenos satisfecisset et, si ipse Kalinik huiusmodi documentum et probacionem non attulerit ab eodem domino capitaneo quod sibi in centum fl. plenam solucionem fecisset, extunc eidem d. Migul in aliis centum fl. absque illis prioribus pro pena succumbere debet, sibi nullo obstante soluturum. Actum feria Ij ante Nativitatis Marie Virginis [6 septembris 1479].

(Ibid., p. 386.)

LXX.

18 Decembre 1479.

Sînt citați Avram și Moise de Constantinopol.

(Ibid., p. 386.)

LXXI.

„Katherina Rutena" obligă luĭ „domino Duma Valacho" jumătate de casă pentru 14 florinĭ ungurești (18 Decembre 1479).

(Ibid., p. 392.)

LXXII.

3 Ianuar 1480.

Steczko et Iwaschko Armeni. Kylianus de Albo Castro.

Venientes personaliter Steczko et Iwaschko, Armeni, recognoverunt manu coniuncta et divisa se obligari veri et iusti debiti in centum et 50 florenis ungaricalibus ffamoso Kyliano, negociatori de Albo Castro; quos florenos dicti Armeni obligati sunt coram nobis eidem Kyliano solvere a

festo Pasce proxime venturo [2 aprilis] per decursum unius anni indilate, nullo colore dilacionis evadendo. Actum feria Ij-a post festum Circumcisionis Domini [3 ianuarii] 1480.
(Ibid.)

LXXIII.

Caspar Mikosch. Kylianus de Albo Castro.

Veniens personaliter Caspar Mikosch, Armenus, recognovit quomodo ffamoso Kyliano, negociatori de Albo Castro, in ducentis fl. ungaricalibus veri et iusti debiti obligaretur et vigore presencium se teneri fassus est. Quos ipse Caspar eidem Kyliano solvere et reponere obligatus est coram nobis a festo Pasce [2 aprilis] proxime venturo per decursum unius anni indilate; nullo sub pignore aut alio colore excogitato evadendo. Actum feria Ij post festum Circumcisionis Domini [3 ianuarii] 1480.
(Ibid., p. 393.)

LXXIV.

Caspar Mikosch. Kylianus de Albo Castro.

Gașpar recunoaște o datorie de 200 de ughĭ de la Kaloianni. Se va plăti de la Paștĭ într'un an. Lunĭ după Circumcisie (3 Ianuar) 1480.

Feria quarta post Agnetis 1482 [23 ianuarii], Duka, filius Kalian, recognovit quod Caspar Armenus predictus plenam CC florenorum predictorum fecit solucionem, de quibus eum quittat per presentes.
(Ibid.)

LXXV.

„Iwaschko, gener Migne et Iacobus, filius Chaczik", recunesc o datorie de 100 de florinĭ către „ffamoso Kaliano Greco de Albo Castro...; quos obligati sunt coram nobis eidem Kaliano solvere et reponere indilate, dum et quomodo ipse Kalianus testitudinem *(sic)* eidem Iwaschkoni vacuam et

expurgatam faciat". Sîmbătă „infra octavas Epiphaniarum Domini" (14 Ianuar) 1480.
(*Ibid.*, p. 394.)

LXXVI.

„Iacobus, alias Agopscha, filius Chaczik Diniticz, et mater ipsius, nomine Glucha, per tutores suos legittimos, scilicet Iwaschkonem generum Migne et Iwaschkonem Turczin", recunosc datoria de 184 florinĭ ungurești „ffamoso Kaliano negociatori de Albo Castro" până la Crăciun. Sîmbătă „infra octavas Epiphaniarum" (14 Ianuar 1480). S'a plătit la timp.
(*Ibid.*)

LXXVII.

„Dominus Lindnar cum Kalyano Armeno."

„Famosus d. Petrus Lindnar" recunoaște o datorie de 200 de ughĭ „famoso d. Kalyan Greco (șters: „Armeno") de Albo Castro" pentru un an de zile, începînd de la 2 Februar, „sibi aut filio suo Luca" : făgăduiește a-ĭ depune, în lipsa lor, „hic in pretorio"; are case zălog [1481]. — În 1482, Miercurĭ înnainte de Oculi (6 Mart), primește banĭ Luca.
(*Ibid.*, p. 420.)

LXXVIII.

„Providi viri Thomas filius Iacobi et Michno filius Andronyk, Armeni", recunosc că datoresc 301 florinĭ „ffamoso Kalyan de Albo Castro", cari sînt a i se dà, luĭ saŭ fiuluĭ Luca, la Crăciunul de peste doĭ anĭ (de la cel trecut). „Feria 4-ta Cinerum" (7 Mart) 1481.
(*Ibid.*, p. 422.)

LXXIX.

„Petrus Bedros, Armenus", e garant, la un împrumut de 68 de florinĭ ungurești, pentru „Iwanis Armenus", împrumutul fiind făcut la Paștile trecute—luĭ „Kaliano Greco"; recunoaște că Petru a plătit Lunĭ după Oculi (11 Mart) 1482.
(*Ibid.*, p. 444.)

LXXX.

„Christoff et Zacharia, frater suus, ambo Armeni", recunosc o datorie de 200 de ughĭ către „domino Szimkony de Valachia", fixînd ca termin pentru plată data de 25 Decembre 1483. — Sîmbătă înnainte de Purificație, 1-iŭ Februar 1483.

(Ibid., p. 482.)

LXXXI.

„Michno, filius Andronik, Armenus, cum Thuman Armeno", recunoaște datoria de 301 florinĭ către „Kaliano Greco". Refusă Calian de a primi numaĭ jumătate de la Michno ; cere tot de la ambiĭ. Joĭ înnainte de Reminiscere (20 Februar) 1483.

(Ibid., p. 457.)

LXXXII.

„Steczko Woytowicz et Thuman, Armeni", recunosc o datorie de 360 de florinĭ către „Kaliano Greco" pe doĭ anĭ, de plătit la ultima zi de Paștĭ (18 April 1484). Joĭ după Paștĭ (3 April) 1483.

„Ffortat pater et Christoff filius" recunosc o datorie de 100 de ughĭ de la „Kaliano Greco" pentru același termen, de plătit luĭ saŭ fiuluĭ săŭ. — Aceiași dată.

(Ibid., p. 458.)

LXXXIII.

„David, filius Moysi, Armenus" recunoaște către același o datorie de 40 de ughĭ pentru același termen. — Aceiași dată.

„Iwascho Armenus, cum filio suo Iacobo", recunosc o datorie de 200 de ughĭ către același, pe același termin. — Aceiași dată.

„Simon Wolkowsky" recunoaște o datorie de 48 de ughĭ către același, pe același termen. — Aceiași dată.

(Ibid., p. 459.)

LXXXIV.

E pomenit un „Kylianus canonicus".
(Ibid., p. 489.)

LXXXV.

[1484.]
Itinerancie et donaria anni presentis.
....Item Zacharka Armeno misso ad explorandum versus Valachiam.
(Consularia, l. c., f-o 461.)

LXXXVI.

Exposita de pecuniis ducentarum marcarum civitati per Maiestatem Regiam donatarum eo tempore dum Kylia et Byelogrod per Turcos capte sunt et eodem tempore tarasznіza longa et hufnicza que dicitur cardinalka, cum klenodio domini olim cardinalis, huc de Cracovia sunt adducte per notarium civitatis.

Primo vectori ab adduccione bombardarum predictarum et minere sive cupri XXX czentner, cum uno quartali et XIIj czentner plumbi et aliis necessariis, dati sunt viginti floreni.

Item domino Hilario in Wratislaviam ad comparandum arma pro civitate dati sunt XXX-ta floreni.

Item Mathiaschek, pro parva tarasznicza, Vj floreni.

Item pro salletra domino Hannes Walach ad racionem... *(sic)* lapidum dati sunt XIj floreni.

Item Iohanni pixidario pro Ij lapidibus salletre cum tribus bz., duo floreni et unus ort.

Item Iohanni pixidario, pro una maiori hakownicza, una marca.

Item pro 8 ereis parvis, hautpmen, norinbergensibus, VIj floreni.

Item pro prenominatis XXX czenthner cum uno quartali et XIIj czenthner plumbi dati sunt centum floreni cum tribus florenis et j ort.

Item ad comparandum hakownicze domino Nikel Karle de Cracovia dati sunt LX-ta floreni.

Item pro salletra et pulveribus civi kameneczensi, aput eum emptis, XXV floreni.

(Ibid., p. 460.)

LXXXVII.

Todos de Soczavia. Hannes Beck.

Dominus Iohannes Beck de Cracovia recognovit quia Todos de Soczavia sibi satisfecit pro debito quod sibi tenebatur, dando sibi centum cutes, et pronunciatus est liber per modum concordie et arbitralis sententie inter ipsos per bonos homines facte et Iohannis, servus seu notarius prenominati domini Iohannis Beck, prout prefato Thodos culpam dederat pro usione, dampnum extimando ad 80 florenos, eciam de eiusdem ipsum Thodos liberum et quittum dimisit perpetue et in evum. Actum feria quinta post Iohannis Baptiste [1-a iulii 1484].

(Protocoale, l. c., p. 495.)

LXXXVIII.

[1485.]

(Warsius Michowski e trimes sol la Sultan. Sosirea regeluĭ Polonieĭ, cu fiiĭ.)

Item Logofet cum aliis nuncciis de Valachia, unum vas cervisie, j bovem, carucum cum feno, quatuor truncos ave[ne] et ollam malvatici et ollam vini...

Item domino St[eph]ano cum notario civitatis in Colomiam missis, dum Stephanus Woyevoda Moldavie omagium fecit, pro expensis date sunt IX marce....

(Consularia, l. c., p. 478.)

LXXXIX.

[1486.]

Itinerancie et donaria...

Via în Valachiam ad Stephanum Woyewodam. Dominus St[epha]no cum domino Iohanne Walach.

Ad expensas dati sunt X floreni et 4 marce. Domino Palatino unum stamen panni macheliensis rubei. Item unus castor, alias bobr, pro VI florenis....

Item nunciis domini Palatini Valachie ad Regiam Maiestatem in convencionem pyetrkoviensem euntibus dono data sunt unum vas cervisie, 4 trunci avene pro V g., duo currus feni....

(Ibid., p. 495.)

XC.

„Iohannes Vylczek“ și „Derewal de Soczawia“.

Întâiul dase în judecată pentru 35 de ughĭ pe al doilea, care era garant pentru „Zacharias Armenus“. Suceveanul aduce „litteram ex officio civitatis Soczawa, se deffendente in hac causa rem iudicam“. Presintă și niște cărăușĭ ce fuseseră în Suceava la contractarea datorieĭ, ca martorĭ: „produxit testes certos vectores qui tunc temporis in Soczavia se fuisse affirmarunt“. Consulĭĭ Lembergulŭĭ îĭ împacă pentru o plată de 20 de florinĭ numaĭ, cari se și plătesc Miercurĭ după „Divisio Apostolorum“, 19 Iulie [1486].

(Protocoale, l. c., p. 513.)

XCI.

[1487.]

Itinerancie et donaria.

....Item domino Hilario media quinta marca pro XIj ulnis panni macheliensis brunatici, domino capitaneo trebowliensi Vj et vicecapitaneo Vj, donati in facto aresti Valachorum.

(Sîmbătă, 4 Septembre, vine Albert.

Lassoczky și Filip sînt la Sultan.)

Item domino Drzewiczky, qui in civitatis negocio iam a Palatino Valachie revenerat, ollam malvatici, duas ollas vini optimi, j centum limoniarum....

(Consularia, l. c., p. 505.)

XCII.

„Nigolos de Soczawa“ recunoaște o datorie de 80 de florinĭ „in auro Thelak Armeno“, cu zălog până la 8 Septembre. — Sîmbătă după Dorotea [1487 (saŭ 1488?)].

(Protocoale, l. c., p. 531.)

XCIII.

„Duka, Kalianis Son von Weysenborg", recunoaște „das em Iwaschko, Nigolis Eidem, der Ormenige", a plătit o datorie de 100 de ughi către el și tată (26 August 1489).

Același recunoaște că „Iwaschko, Moyses Son, der Ormenige", a plătit 60 de ughi datorie „seynem Vater Kalianen". — Aceiași dată.

Același pentru „Wolkowsky der Ormenige", care dă 48 de ughi. — Aceiași dată.

Același pentru „Steczko und Thoman, beyde Bruder, dy Ormenige", pentru 360 de ughi. — Aceiași dată.

(Ibid., p. 560)

XCIV.

[1489.]

Itinerancie et donaria anni praesentis.

Item pro vase cervisia donato Valachorum nuncciis, una media marca...

(Consularia, l. c,, p. 531.)

XCV.

„Nicolaus de Valachia" recunoaște a fi primit 11 ughi de la „Katherina Gwozdzowa" din Lemberg; fusese zălogită o casă (2 Septembre 1489).

(Protocoale, l. c., p. 562.)

XCVI.

Același cu privire la „Furtat der Ormenige" pentru 100 de ughi.

(Ibid., p. 561.)

XCVII.

[1490.]

....Item domino Szarnowsky, ad dominum Palatinum Valachie eunti, una olla malvatici 8 g. et unam ollam vini, 4 g., et duos truncos avene pro 8 g. et carrum feni, usurus pro via, duos lapides pro uno floreno, et pro expensis....

(Consularia, l. c., p. 545.)

XCVIII.

„Telak Armenus“ recunoaște că „Nigolos de Soczavia“ i-a plătit 80 de florinĭ și lasă zălogul de „aurum, argentum, margaritas in certo pondere“ (28 Februar 1490).

(Ibid., p. 576.)

XCIX.

[1491.]

Itinerancie et donaria.

Dominus castellanus szarnoviensis, a Palatino Valachie viceversa redeunti, olla malvatici 8 bot., olla vini quatuor bote grosse, item duo trunci avene X grossi, duo lapides usionis, tres floreni, fenum de allodio *(sic)*....

(Consularia, l. c., p. 564.)

C.

...„Famosus Ianoczus Thedaldi de Flurenciis, Italicus“, apare între creditorĭ (31 Mart 1492).

(Protocoale, l. c., p. 628.)

CI.

Gaspar Armenus. Frag de Caffa.

In presencia consularis residencie nostre personaliter constituti Providi viri Iohannes Kynast, concivis noster, et Bochdan, civis de Camyenyecz, recognoverunt sub eorum conscienssiis quia fuerunt presentes in Soczavia dum Caspar Armenus, concivis noster, addux[er]at unum tarlink panni thefelsky, in quo fuerunt viginti stamina panni diversi coloris, quod tarlink dum cuidam Frago de Caffa vendidisset et religatum fuisset, viderunt ipsi et alii boni homines pannum fuisse malum, perforatum et putrefactum, quod pannum dominus Simka, supremus theloneator in Soczavia, et consules illius loci cremare et destruere, sed ad petita bonorum hominum et propter ipsum Caspar dimiserunt. Sed

ipse Caspar ex invencione bonorum hominum et officialium predictorum oportuit dicto mercatori defalcare et dimittere ex illa summa, pro qua prius pannum prefatum vendiderat, sexaginta quatuor florenos, in quibus ipse Caspar est dammpnificatus.... Actum [9 aprilis 1492].

(Ibid., p. 625.)

CII.

[1492.]

Donaria.

Dar de „vinum walachicum", de două orĭ.

(Consularia, l c., p. 620.)

CIII.

[1492.]

Via in Valachiam.

Ad dominum Stephanum Palatinum Moldavie missus dominus Georgius Wayner in negociis civitatis et pro iniuriis ipsi domino Palatini deponendis; exposuit XVj cum medio florenos hungaricales.

Domino Palatino pro dono sibi misso, unum stamen panni macheliensis brunatici....

(Ibid., p. 627.)

CIV.

Aswador de Sereth. Stanislaus Kapnyk.

Aswador de Sereth, Valachus, personaliter constitutus, dixit et fassus est quod Stanislaum cerecussorem nunquam infamavit, nec de ipso aliquid mali scit, sed omne bonum, et hoc suo grosso proprio inscribere procuravit. Actum ut supra [feria secunda ante festum Purificacionis Virginis Marie gloriosissime ; 1493, 30 ianuarii].

(Protocoale, p. 649.)

CV.

[1494.]

Itinerancie et donaria.

Dominus Arnestus cum domino Georgio Wayner, in Va-

lachiam missi ad dominum Palatinum Moldavie, missi circa dominum Creslaum, cancellarium regni Polonie, post festum Sancti Iohannis Baptiste [24 iunii]; dati sunt ipsis ad expensas XX-ti floreni.

Domino Palatino Moldavie unum stamen panni macheliensis.

Item în adventu domini cancellarii in civitate donatus est sibi lapis piperis.

Item 4 olle malvatici, quatuor trunci avene per X grossos et duos currus feni.

Item dominus Szarnowsky unum vas cervisie pro duobus florenis, duo trunci avene et currum feni et duas ollas malvatici.

Item in reditu domino cancellario unam barilam malvatici et 4 trunci avene. Et dominus Szarnowsky duos truncos avene cum uno curru feni.

Item eidem dominus Szarnowsky ad ipsius petita datus est sibi unus lapis piperis, qui promisit in civitatis negociis semper esse promotor et benefactor.

(Consularia, p. 642.)

CVI.

[1495.]

Edificium pontis valachici in suburbio in via valachica....

(Ibid., p. 679.)

CVII.

„Perocius Thedaldi de Florencia, zuparius drohobicensis" în 1496 [1].

Ibid., pp. 740-1.)

CVIII.

[1497.]

...Et domino... *(sic)*, redeunti de Turcia in legacionem domini regis, datum est vas cervisie pro j sexagena et duo olle malvatici et olla vini pro 1 g.

---

[1] La pp. 687-8, 706-7, tot Ainulf ca «Zupparius» (1493, 1495).

Item... *(sic)* date suut due olle malvatici cum eo existenti.

Item domino archiepiscopo in adventu...

Item domino Potoczky...

Item in alio adventu domino archiepiscopo, dum venit cum rege, unum lapidem piperis.

Item pro duabus lapidibus rizi domino regi donatis dati sunt duo floreni...

Item... *(sic)* domine Pallatinisse, videlicet capitanei nostri uxori, in primo ipsius huc adventu, data est una pecies tele.

(Ibid., p. 718.)

CIX.

Anno quo supra, pro adventu Serenissimi domini Iohannis Alberti, regis nostri Polonie, etc., dum primum post coronacionem huc venit, feria 6-ta ante festum Beatissime Trinitatis [19 maii]. (Daruri lui și suitei.)

Iohannes auriga. Currus ad bellum super expedicionem bellicam versus Kyliam, etc., conventus ad ducendum currum super unam septimanam, pro 5 g. Ad rationem sui precii data est sibi una marca, feria 4-ta ante festum Sancti Iohannis Baptiste [=21 iunii].

Item domino Georgio pro comparandis necessariis ad currum, media marca.

Item famulis pro expensis dati sunt X floreni.

Item ab equis apreciatis ad ducendum necessaria pro dicto curru victualia j florenus.

Item pro terris ad currum datis, Ij marce.

Item Sabato ante Elisabet [=18 novembris] solutum est ei totum servicium et data est ei una marca sive quattuor grossi.

Thomas conventus ad eandem expedicionem.

Feria 4-ta ante Iohannis Baptiste [=21 iunii], conventus ad unam septimanam pro VIj g.

(Ibid., p. 724.)

CX.

Hufnicza fusa est per pixidarium regalem, cui pro dono racione laboris sui data est una marca.

Anno Domini 1497, Dominica post festum Sancti Martini [=12 novembris], cum rex Serenissmus Iohannes Albertus ex Valachia rediisset, sunt dono data;

Item Serenissimo regi eques *(sic)* quattuor cum curru, valoris quinquaginta florenorum.

Item piperis unum *(sic)* lapis pro quattuor sexagenis solutis de pecuniis census.

Item duas libras croci pro V florenis solutis de pecuniis census.

Item Sigismundo unum stamen panni mechaliensis rubei pro XVIj florenis.

Item pro uno vase cervisie donato d. Przerempszkj, vicecancellario, 33 g.

Item pro uno vase cervisie regi donatum *(sic)*, 30-ta duos grossos.

Item pro una *(sic)* vase cervisie donato domino marsalco, triginta duos grossos.

Item pro malvatico et vino donati regi et aliis dominis XIIj florenis.

Item pro vase cervisie donato Palatino, j Schock.

(Ibid., p. 725.)

CXI.

[1498.]

Alia singula pecepta et exposita ex iussu dominorum consulum, et signanter propter multitudinem et varietatem expositorum tempore illo geworrarum, conscripti sunt ad singulare registrum...

(Ibid., p. 741.)

CXII.

Duka. Iaczko.

Famosus Duka, theloneator soczaviensis, constituit Iaczko

Armenum ad suscipiendum et faciendum inscripcionem a Byalimaczek et a Petro Sartore, Rutheno, qui sibi inscribere debent quilibet Xj stamina panni statuere in Soczavia pro festo Penthecostes proxime venturo [= 3 iunii]. Actum ut supra.

(Protocoale, l. c., p. 679.)

CXIII.

[1498.]

Memoriale Thurcorum.

Item Dominica ante Zophie, ipso die Servacii [13 maii] fuerunt citra quadraginta milia Thurcorum foribus, illam famosam civitatem, devastando inclitam terram Russie, quamplura opida, villas, allodia ac suburbia istius civitatis, equitando ferme per totum diem circumquaque in eminentissimis montibus, conspiciendo et explorando civitatem, exercendo preludia et regran. ac volen. *(sic)* nil alias attemptarunt contra siquidem civitatem. Sed mox, die sequenti, videlicet feria secunda [= 14 maii] in ancora recesserunt.

(Ibid., p. 774.)

CXIV.

Copia salvi conductus a Regia Maiestate Magnifico domino Iohanni Stephano, Pallatino moldaviensi, subditis suis mercatoribus datis.

Iohannes Albertus, Dei gratia rex Polonie, supremus dux Litvanie, Russie, Prussieque dominus et heres, etc.

Significamus tenore presencium quibus expedit universis quia de certa sciencia nostra Magnifico Iohanni Stephano, Pallatino Moldavie, subditisque suis mercatoribus cum mercibus generis et maneriei cuiuslibet ad civitatem nostram leopoliensem mercature gracia veniendi seu mittendi in eademque civitate nostra leopoliensi mercandi et merces quiaslibet, quas secum adduxerint seu illas duxerint, exponendi, vendendi, res pro rebus comutandi et cambiendi et tandem in eadem civitate nostra standi, mercandi et pausandi quam diu res et merces ipsorum vendiderint vel pro

rebus aliis comutaverint exindeque ad propria cum rebus et mercibus eorum, si illas habuerint, redeundi tute, libere secure et pacifice sub tutela et proteccione nostra, personis et rebus universis ipsorum salvis, nostram presentem salvum conductum christianicum regium dedimus et concessimus damusque et concedimus. Quem quidem salvum conductum nostrum in omnibus punctis inviolabiliter tenere promittimus et ab universis subditis nostris teneri precipimus presentibus. Sic tamen quod theloneis introitibusque consuetis nostris more mercatoris satisfacere teneantur, harum quibus sigillum nostrum est subappressum testimonio literarum. Datum Cracovie, feria 6-ta in vigilia Epiphanie Domini [=4 ianuarii], anno eiusdem millesimo quadrigentesimo nonagesimo nono, regni vero nostri ver. *(sic)* septimo.

Creslaus episcopus et regius procancellarius subscripsit.

Ad mandatum Maiestatis Regie.

(Ibid., p. 782.)

CXV.

...„Armenus de Valachia“ recunoaște o plată de la „Sawa pop ruthenicalis, pro omnibus rebus, argento aput ipsum invadiato sive eorum que tangunt olim Iurgi Grecum, consanguineum, sive aliorum quarumcunque“ [Miercuri după Invocavit, 8 Mart 1500].

(Ibid., p. 813.)

CXVI.

[1500.]

Exposita pro necessitate Regie Maiestatis.

Primo Georgio misso cum litteris regalibus in Kamenecz, ad Palatinum Moldavie ttis *(sic)*: pro expensis et fatiga data est j marca. (Și „exploratores“, fără destinație.)

Item Sabato ante Nativitatis Marie [=5 septembris] missis exploratoribus ad resciendum de Tartaris IIj florenos de pecuniis, Czappengelt...

(Ibid., p. 785.)

CXVII.

[1500.]

Dominus Mathiasch a Regia Maiestate portavit pro expediendis nuncciis Tartarorum triginta florenos in auro et XL florenos in mediis grossis; exposita...

(Ibid., p. 787.)

CXVIII.

Baltizar Armenus. Duka de Soczavia.

Constitutus presenter Baltizar Armenus recognovit et obligatus est eciam famoso Duka theloneatori de Soczavia undecim stamina panni Trichten, debet dare et suis propriis sumptibus in Soczavia reponere pro festo Penthecostes proxime venturo [=7 iunii], absque omni dilacione. Actum feria secunda post Dominicam Oculi [23 martii] 1500. Sabbato ante Reminiscere solvit [6 martii 1501].

(Ibid., p. 747.

CXIX.

[1502.]

Legacio Palatini moldaviensis.

Item czu dem Ersten ist kommen Illia Steckle und het enn Gleutbryff von dem Woyewode, data czu der Kolomey, brecht an den Mytwoch nocte [post] Omnium Sanctorum [=2 novembris].

Item der Herre der Woyewode het ewch entpoten, alz seyner Frunden, das Ir wellet lessen dy Kawfflewte yn seyn Lanth wyder czyhen, alz von aldirsz her kegen Moltau, kegen Turken, we[n] ymant bedurffende ist; und sulen sich nicht foerchten ummb das cleynste Dyngk.

Item das yderman seyne Czalunge thv dem Woyewoden ummb Hawzen und Wat beczal und wyder seyn Czalunge neme; wenne her wil keyn Kryck haben mit dem Koenige; her het seynes Grosfaturz Lanth yngenommen, das ym dorfoer antlicher *(sic)* man mit Gewalt hot genommen.

(Ibid., p. 840.)

CXX.

Legen et Chrin. Duka.

In presencia consularis residencie nostre personaliter constituti providi Legen et Chrin, Rutheni, suburbani nostri, recognoverunt quia famoso Duka theloniatori soczaviensi undecim stamina panni Trichten debent dare et suis propriis sumptibus in Soczavia reponere et statuere pro festo Penthecostes proxime venturo absque omni dilacione. Actum ut supra.

(Ibid., p. 679.)

CXXI.

Duka. Iaczko.

Famosus Duka, theloneator soczaviensis, constituit Iaczko Armenum ad suscipiendum et faciendum inscripcionem a Byalimaczek et a Petro Sartore, Rutheno, qui sibi inscribere debent quilibet Xj stamina panni, statuere in Soczavia pro festo Penthecostes proxime venturo. Actum ut supra *(Ibid.)*

CXXII.

„Stepan Armenus de Soczawa“ declară liber pe „famatus dominus Martinus Wasserbrot, confrater noster consularis... et pro mercibus per olim Ioannem notarium suum ductis in Turciam ac omnibus . . . (?) et serviciis que sibi ad Turcos et Moskoviam exhibuit, pro quibus ipsum convenerat dictum dominum Martinum ac Ioannem, olim notarium suum“. Miercuri „infra octavas Assumpcionis“ (24 August) 1502.

(Ibid., p. 855.)

CXXIII.

[1503.]

Itinerancia et donaria.

(Spion la Tatari.)

Item eodem Sabbato [post Lucie; 16 decembris] dati sunt XXIIIj floreni domino Iohanni Kuppek, [pro] panno quod

scilicet dominus Georgius in Valachiam recepit [de altă mînă acest cuvînt].

(Consularia, l. c., p. 850.)

CXXIV.

[1505.]

Itinerantia et donaria.

...Magistro Michaeli notario, ad Regiam Maiestatem misso, in Cracoviam, iuxta legatos Walachie, dati VIIj floreni ad expensam. Item domino cancellario V olle malvatici et centum limonie. Item domino marschalko IIIj ollas malvatici et centum malvatici *(sic)*. Item vicecancellario Ij ollas et j centum limoniarum. Item tres ollas malvatici et medium centum limoniarum, hinc inde dandarum. Obtinuit literas Regie Maiestatis ad Pallatinum Valachie pro confirmandis iuribus in Valachiam servientibus. Item restitit Valachis in Lublin iter petentibus, videlicet circa festa Sancti Michaelis [29 septembris]. Item XIIIj scoti aurige.

Itinerantia.

Feria quinta post Undecim Milium Virginum [23 octobris], domini Georgius Wagner, Iohannes Coszner et magister Michael, notarius civitatis, missi sunt in Valachiam pro confirmandis iuribus per Pallatinum, etc. In qua expedicione ista sunt exposita.

Item pro expensis XXXX floreni per mediam sexagenam. Item pro duabus medietatibus staminis stameth, quarum una rubea, altera brunatica, Pallatino donatis, XXXVj floreni per mediam sexagenam et VIIj grossi.

Item feria 4-ta post Katherine [=26 novembris] dati sunt 3 floreni Iwaschkoni Eichnovicz Armeno, ad Regiam Maiestatem in Grodno cum litteris misso propter nuncios Valachorum...

Item duas marcas pro vino quod propinatum est Valachis...

(Ibid., pp. 871, 875.)

CXXV.

Octavian, plenipotențiar al lui Ioan Tedaldi, Florentin, proprietar de casă în Lemberg.—Vineri după Octava Epifaniei (16 Ianuar) 1506.

(Ibid., pp. 935, 947.)

CXXVI.

Vin „famatus et discreti dominus Rymer iudex, Blasius carnifex et Bartholomeus, cives de Szoczavia, cum sufficientibus litteris dominorum civium iuratorum szoczawiensium, quibus se consanguineos olim felicis memorie Nicolai Brinsa, civis in Sereth, ostenderunt, cum quibus una venit etiam discretus Andreas Rymer de Sereth, civis, tanquam plenipotens Anthonii et Georgii, privignorum suorum ac filiorum uxoris sue ex priore marito, similiter cum patentibus dominorum de Moldavia litteris". Aŭ împărțit moștenirea, depusă la Martin Wasserbroth. Sînt menționați: „domini iudex et cives iurati in Sereth", apoi: ughi, „floreni tartaricales", „aspre antique", dinari ungurești vechi „cum antiquis grossis valachicis mixti"; obiecte de argint: „ciphum argenteum cuius medio est Sancti Iohannis". Avea și „domum lapideam" în oraș: o lasă, după testament, pentru opere pioase. Vineri „intra conductum Pasche", 9 April (1507).

(Consularia, II, pp. 4-6.)

CXXVII.

[1508.]

(E menționat „vinum valachicum".

(Ibid., l, c., I, p. 894.)

CXXVIII.

Iohannes Kelcz, civis de Moldavia, civitate Valachie, personaliter assistens, libere et publice recognovit quia totalem et effectualem solucionem et satisfacionem recepit pro omnibus et singulis bonis suis paternalibus, mobilibus et

immobilibus, magnis et parvis, a famatis Iohanne Naytert, vitrico, et Barbara, matre suis, de quibus eosdem quitat et liberos pronunciat, promittens nunquam eos, nec ipsorum posteros pro dicto suo patrimonio inquietare. Actum ut supra [Sabbato ante Zophie : 29 Iulie 1508].

(Ibid., p. 28.)

CXXIX.

„Manis et Bohdan, Armeni de Szoczavia, qui legalia attulerunt in iure impedimenta et ea suis corporalibus probaverunt iuramentis quod statuere non poterant Nigol Armenum in Szoczavia pro tempore eis ex iure vilnensi determinato, ad instantiam domini Coszner, qui contra eundem acturus erat pro centum et viginti ac dimidio quinto florenis debiti, submiserunt se tandem ipsum Nigol statuere in Szoczavia hinc usque ad decursum sex hebdomadarum retinereque debent in sua potestate in Camyenyecz omnes ipsius Nigol mercancias usque ad litis decisionem. Actum feria Vj-ta in vigilia Katherine [= 24 novembris 1508].

(Ibid., pp. 41-2.)

CXXX.

[1510.]

Ius civile acceptantes.

....Martinus Wende, aurifaber de Moldavia, ad sufficientes literas de Moldavia susceptus, dicto Sabbato post Iacobi [27 iulii]...

(Ibid., I, p. 890.)

CXXXI.

Constitutio.

Providus Cristopherus, sutor de Valachia ac opido Cothnar, constituit providum Michaelem sartorem in plenipotentem in suis causis, dumtaxat ad coniugis sue adve[n]tum.

[Sîmbătă înnainte de Purificație, 1-iŭ Februar 1511.]

(Ibid., II, p. 81.)

CXXXII.

Executorii „ecclesie metropolitane“ recunosc că aŭ primit o rată „pro domo olim Ioannis Brynze de Walachia, donato testamentaliter ecclesie“. Miercurĭ înnainte de Letare (22 Mart) 1514.

(Ibid, p. 175.)

CXXXIII.

„Nobilis Laurentius Budzowsky, concivis noster“, recunoaște că „Cristopherus de Soczava“ a plătit „vas malmatici, duos lapides usionis, pro quibus fideiusserat Iuchno Steczkovicz“,. Miercurĭ după Vincențiu, 23 Ianuar 1516.

(Ibid, p. 193.)

CXXXIV.

[1523.]

Sabbato ante festum Sancte Hedvige [10 octobris]...

Item dyakovj privilegia rutenicalia Vayvodorum Moldavie mercatoribus nostris concessa legenti f. 0, g. 3.

...Item pro zonis aurige, dominis Walachiam equitantibus... Item pro expedicione dominorum Valachiam propter libetates obtinendas, super que ab antiquo iura habuerunt. etc. *(sic)*.

Sabbato ante Clementis [21 novembris]...

Item dati sunt dominis e Valachia venientibus, quos în Davydow consumserunt, redeuntes iterato... Item aurige qui ex Valachia hic adduxerat dominos, nam civilis auriga illic relictus erat infirmus.

(Ibid., pp. 228, 234.)

CXXXV.

[1524.]

Sabbato ante Margarete [23 iulii]....

Item pro duabus ollis vini valachici domino campiductori donatis f. 0, g. 8. Item pro potu dicto quasz, eidem...

(Ibid., p. 267.)

CXXXVI.

[1525.]

Sabbato, ipso die Sancte Agnetis [21 ianuarii]... Item domino Lankorsky et peditibus custodientibus tempore nundinarum, certis suspectis rumoribus increbrescentibus de Palatino Valachie, valvas custodientibus...

(Ibid., p. 290.)

CXXXVII.

Apare Martin Vosserbroth, după cererea lui Octavian de Florența, „jupariŭ" al salinelor din Drohobycz și vameș regal la Liov, și recunoaște „quia ipse fecerat forum pro croco cum quodam Dzany Greco, mercatore in Valachia, tali in conditione, quod ipse. Dzany debuit sibi libere ipsum crocum in Sniathin statuere et theloneum ab ipso proveniens in terra Valachie totaliter persolvere, et a simili ipse dominus Martinus Vosserbroth pro ipso Dzany hic in dominiis Sacre Maiestatis Regie, domini nostri Clementissimi, leopoliensi et alia, thelonea a croco prefato intercedere atque tradere, iuxta quod forum ipse Dzani, mercator grecus, ab ipso croco Valachie theloneum solvebat. Et demum ipse dominus Martinus Vosserbroth pro ipso Dzany Greco nobis a prefato croco theloneum persolvit, quod crocum sibi, domino Martino, hic adduxit et tradidit, ac viceversa ab ipso croco prefatus Dzany mercancias hic in loco recepit (Miercuri după Sfîntul Blasiu (7 Februar) 1526).

(Ibid., p. 644.)

CXXXVIII.

[1526.]

Sabbato ante Invocavit [17 februarii]...

Item pro expensis dominis ad Camieniecz equitantibus occasione transgressionis depositi et missionis per Camenecz' mercatorum Lithwaniam et Moskoviam de Valachia vel Thurcia, in detrimentum iurium civim civitatis istius.

(Consularia, l. c., p. 334.)

CXXXIX.

Doĭ Lembergesĭ promit a plăti pentru al treilea opt florinĭ și jumătate „domino Iwano Moldavo de Bielc". Lunĭ înnainte de Margareta [15 Iulie 1527].

(Ibid., II, p 732.)

CXL.

„Iwan Valachus" recunoaște a i se fi plătit de „Wanyko Rutenus pellifex". (Lunĭ înnainte de Letare, 1-iŭ Mart 1529.)

(Ibid., p. 883.)

CXLI.

Sîmbătă înnainte de Agnes (18 Ianuar) 1533.

Alexandru Ihnathovicz, Liovean, recunoaște învoiala făcută pentru o datorie a tatăluĭ săŭ cu „providio Iwan de Romanski tharg, Walacho" : 100 de florinĭ.

(Ibid., pp. 144-5.)

CXLII.

Sîmbătă înnaintea Asumpțieĭ (8 August) 1534.

„Famatus Andreas Carcocandela, civis constantinopolitanus, una cum Generoso domino Ioanne Orzechowsky, Sacre Maiestatis Regie, domini, domini nostri Clementissimi, camerario, sibi in curatorem et comitem per Suam Maiestatem Serenissimam literis specialibus Sue Maiestatis Regie deputato", presintă scrisorĭ regale către Liovenĭ (Vilna, 13 Iulie 1534) pentru a i se plăti o datorie de succesiune a luĭ „Wasil Armenus et interpres". Eraŭ 83 de florinĭ „pro una maza usionis ipsius prop[ri]a, quam ad solvendum debitum Illustri domino Gritti, duci veneciano, contraxerat aput Laner, theloneatorem colomiensem, receperat et que eidem in hactenus non est soluta". Apoĭ 5.000 de aspri către el. „Que 5.000 asprarum faciunt centum undecim florenos in numero et moneta polonicali." Apoĭ alțĭ 30 de florinĭ dați fiilor. Aceștia cer judecata armenească. Nu li se acordă apel. Recu-

nosc numaĭ datoria din urmă. Li se acordă amînare. Urmează scrisorile regale patente (Vilna, 11 Iulie 1534). Andreiŭ i-a dat „litteras Potentissimi Imperatoris Thurcarum et illustris Imbraymbasche ad nos datas, quibus Maiestas Illius nobis declarat quod dictum Andream, tam ad dominia nostra, quam per ea ad alias regiones et naciones miserit cum peccuniis et rebus ad comparandum et coemendum res varias pro Illius Maiestate, quibus regiones dicionis sue carere noscuntur.

Se ere și scutirea de vamă.

(Ibid., p. 300.)

CXLIII.

Sîmbătă înnainte de Iudica (2 April) 1541.

„Providus Thodor Walachus“ face plenipotențiar pe „Mathiam Hidek, civem nostrum, in et contra Gabrielem Byaler, securistam de Cracovia“.

(Ibid., p. 1252.)

CXLIV.

Sîmbătă înnainte de Florii (9 April) 1541.

Gheorghe Gutteter, negustor cracovian, chiamă pe „providus Thodor Walachus de Soczavia“ și „inquisivit eundem utrum ipse Thodor aliquod debitum pro Generoso domino Gregorio capitaneo, dicto burkulab, kothnarensi moderno, ex commissione eiusdem sibi Georgio Gutteter persolvit aut non, ut id eidem recognosceret“. Thodor recunoaște „qua ipse nullum debitum sibi Georgio Gutteter pro prefato Gregorio Rozemberger, moderno capitaneo kotnariensi, ex commissione eiusdem persolvit“.

Gutteter recunoaște că „providus Thodor Walachus de Soczavia“ a plătit datoria sa personală către el.

(Ibid., p. 1257-8.)

CXLV.

Negocium Sienconis Popovycz Ruteni.

In presencia nostre consularis residencie personaliter ve-

niens nobilis Burla cum literis Magnifici Petri Voievode moldaviensis ex parte eiusdem domini sui ut nuntius, proposuit in et contra Sienconem Popovycz, Rutenum, ibidem coram nobis personaliter astantem. Primum quod ipse, prefato domino suo serviens ab eo aufugisset et sibi recepisset duodecim joppas kaftany cum nodulis argenteis deauratis, singulas estimatas per viginti millia asprarum. Ad quam proposicionem ipse Sienco respondens se non recognovit, dicens se de ipsis kaftany nil omnino scire, sed et neque solum eos non recepisse, sed et neque vidisse. Tandem ipse Burla iterum contra eundem Sienconem proposuit pro duabus frameis : una puro auro et altera argento reformatis. Ad quod ipse Sienco respondit quod, dum ipse Woievoda moldaviensis, tempore incursus Thurcorum in terram suam, sub bello illo quod cum Sacra Maiestate Regia egisse ausus fuerat, territus et perculsus existens, in castrum Choczin intrare non permissus extiterat, tunc, dum coactus esset sibi de vita alibi consulere et secedere, se tunc comitante, ipsas duas frameas, non auro, sed argento deaurato reformatas, ipse Woievoda sibi imponere fecit; ubi demum cavens post se hosti dare vestigia, ab eo et servitoribus suis disparuit, ita quod quo se diverterat nescivissent. Verum quia audiverant quomodo debuisset se ad regnum et dominia Sacre Maiestatis Regie contulisse, cum illis frameis in Camyenyecz, non solus, verum etiam cum cetera sua familia et ipsius Woievode familia, aufugerat, ubi dum advenerat ipse, due framee essent sibi per olim dominum Nicolaum Iskrziczki violenter recepte, prout hoc manifestum multis esse asseruit. Et quod moderno domino capitaneo camenecensi de ipsa re bene constaret, cuius testimonium litterale coram nobis producebat. Cuius testimonii tenor in actis presentibus superius continetur. Item ipse Burla contra eundem Sienconem proposuit pro cratere aureo valoris quingentorum aureorum ungaricalium. Ad quod ipse Sienco respondens retulit se nichil scivisse, sed retulit quod cifus ille aureus apud Manyk Walachum erat. Item proposuit contra eundem pro

quatuor gindzali reformatis argento deaurato. Ipse allegavit penitus de illis ignorare. Etenim illi fuerunt apud Heliam Walachum; qui tandem per olim dominum Iskriczki, capitaneum camenecensem, ad eum sunt vi recepti. Item proposuit pro duobus crateribus celsis non parve quantitatis et pro lavacro, alias naliewka argentea; ubi ipse Sienco respondit se de rebus talibus nil scire. Item proposuit pro sacculo in quo erant viginti millia asprarum. Ipse respondit quod ipse Woievoda donaverat sibi unum sacculum cum aspris: in quo numero, retulit se ignorare. Tamen sacculus ipse cum aspris ibidem in Camyenyecz sibi per dominum Iskrziczki est receptus et nonnisi duo millia asprarum ex eis sint sibi per ipsum dominum Iskrziczki pro expensis dati. Item proposuit pro quatuor clenodiis zaponi de puro auro, margaritis et lapidibus preciosis reformatis. Ipse Sienco recognovit se quidem scire quod unam zaponam habuit una cum catena aurea eiusdem Woievode, quam more suo walachico solebat imponere super habitum ad instar crucis. Sed, antequam a domino segregati erant, verum tandem eandem zaponam una cum catena prenominata Turbuloni Walacho tradiderat et quod tandem eandem zaponam cum catena olim Stefan Woievoda, antecessor ipsius, ab ipso Turbulone recepisset. De quo recognovit fore cognitum Herbe [1], burculabo chotinensi, cuius Stefani olim Woievode ipse pro tunc fuerat camerarius, alias Postelnyk, et dixit quia ipsi Walachi modo sint in terra walachiensi. Postremo proposuit pro thaistra recepta cum aureis, de qua thaistra recognovit se nescire. Hec itaque ipsorum Burle Palatini moldaviensis nunctii, proposiciones et Sienconis Ruteni responsa extiterunt. Actum die et anno quibus supra. [feria quarta ante festum Sancte Catherine virginis et martiris proxima, anno Domini MDXLj (= 23 novembris].

(Ibid., pp. 1349, 599.)

CXLVI.

31 Ianuar 1542.

Ivașco, ginerele luĭ Bogdan Sahac Armeanul din „Botu-

schany", recunoaște că i s'a plătit de consulul liovean Nicolae Iaczimirski datoria cu care „eidem tenebatur pro duobus equis apud eundem pro viginti caldaribus cum duobus ansis emptis, iuxta chirografum eiusdem domini... Iaczimirsky".
(Ibid., pp. 1360-1.)

CXLVII.

1542. Proces al luĭ „famatus Iohannes de Ssyo, Italus, mercator ianuensis": i se plătește pentru vin muscat (Marți înnainte de Sf. Laurențiu, 8 August).
(Ibid., p. 1428.)

CXLVIII.

1544. Se vorbește de un Iacob „Bobul" din Jaworow.
(Ibid., IV, p. 177.)

CXLIX.

Miercurĭ după Florĭ 1547.

„Circumspecti Scheremet et Fayt, Turci, uti factores et plenipotentes nobilis Chodzia Isaac Emyn, Turci, theloneatoris in Iedrnpolie", cu scrisoare imperială către rege pentru o datorie.
(Ibid., p. 609.)

CL.

Vinerĭ [după] Sfînta Elisabeta (20 Novembre) 1551.

„Providus Hryezko, sellator, de subdecanatu Sancti Ioannis", recunoaște „quia a famato Constantino Greco, mercatore de Candia, olim Iwaskonis, fratris sui, qui fertur in Skyey, oppido Valachie, esse submersus, hero ipsius, sua propinquitate, res infrascriptas recepit, puta quinque fl. pecuniarum, tres tunicellas zupicze, duas mitras et unam strabonam, alias gunya". Maĭ avea și alte lucrurĭ, nedepuse, Ivașco.
(Ibid., p. 1417.)

CLI.

Luni, Sfîntul Sigismund (1-iŭ Maiŭ) 1552.

„Iacobus gladiator", din Sandomir, presintă scrisorile regale din Piotrkow, Luni după Laetare (20 Mart) 1542, pentru Iacob, în procesul luĭ împotriva luĭ „Anthonium Baptistam, Grecum de Albori", și altele din acelașĭ loc, din 31 Mart.

(Ibid., p. 1509 și urm.)

CLII.

Aceiașĭ dată.

Iacob recunoaște „quemadmodum ipse negocium et actionem famoso Anthonio de Albori, Italo, occasione sex equorum et currus per famosum Ioannem Baptistam Italum de Albori, dicti Anthonii parentem, sibi Iacobo gladiatori Schoczavie violenter, ut ipse asserebat, receptorum atque damnorum inde sequutorum, que sibi ad summam septingentorum marcarum peccunie estimavit, iam pridem intentaverat et hucusque ex tot continuata, prout de his tum acta civilia Iyublinensia atque nostra consularia, necnon decreta Sacre Maiestatis Regie, domini, domini nostri Clementissimi, lacius disponunt et obloquuntur", a primit ca plată de la Anton „duas kuffas malmatici per quadraginta quatuor florenos, item duas kuffas muscatelle per 60 florenos, item 55 florenos in peccunia numerata, residuum vero in muchariris, in summa totali prefata trecentorum 35 florenorum".

(Ibid., pp. 1512-3.)

CLIII.

1554. Se vorbește de un „Michailo", Grec din Candia.

(Ibid., pp. 1872-3.)

CLIV.

Sîmbătă înnainte de Oculi (24 Februar) 1554.

„Noschecz de Soczavia, sacerdos armenicalis, recognovit

libere et per expressum fassus est quia argentum quod erat ecclesie eorum armenicalis, Sancte Crucis, Soczavie existentis, olim Francisco aurifici, domini Stanislai Wylczek genero, ad laborandum datum a Spectabili et Famoso domino Stanislao Wylczek, confratre nostro consulari prenominato, tullit et levavit in efectu per ipsum Noscherz, illi ecclesie tradendum et restituendum. Quod argentum ponderat marcas tres et quinque letones argenti; pro quo Noscherz sacerdote Famatus Lazar Steczkovycz Armenus et civis noster sibi, domino Stanislao Wilczek, fideiussit quod pro extradicione talis argenti ipse ac heredes eiusdem Francisci aurificis nullum impedimentum habebit tempora in perpetua".

(Ibid., p. 201.)

CLV.

Testimonium mercatorum moldaviensium.

Notum facimus per presentes quod, venientes ad presenciam nostre consularis residencie personaliter Providi Andreyko, Thomas Tedicz [= Teclicz], Romasko et Mani de Schoczavia, necnon Chadzidor de Schoczavia, Abram de Iaszi et Dziurdzi de Sereth, mercatores moldavi, protestati sunt nobis et contra Falhek Zelman et Lazar, Iudeos de Vladimiria, quod, dum ipsi mercatores moldavi equitaverunt Leopolim ad nundinas presentes pro festo Dive Agnetis [= 21 ianuarii] celebratas et venerunt in oppidum Strzelcze, prenominati Iudei merces et res certas receperunt, utpote prefato Andreykoni viginti sex boves, Thome 29 boves, Tekliczovi boves sedecim, et preterea a ductura mercium dedit florenos 8. Romaskowi 6 boves et vecture dedit duas marcas. Maniowi boves 5. Chadzidoro de Botuszani boves 8, duos florenos in auro et florenum unum monete polonicalis, duo bulati, et Shirzinka Abramo de Iassi viginti worow cum medio strabonum, alias guni serloznikow, et unam crudam pellem cervinam. Dzurdze de Szeret 11 boves et unam kuffam vini valachici. Super qua protestacione, ad postulacionem ipsorum mercatorum moldaviensium, nos ad

acta nostra consularia inscribi admisimus. Actum ut supra [= feria tercia post Conversionis Sancti Pauli" [26 ianuarii 1557].

(Ibid., V, p. 591.)

CLVI.

Sîmbătă după Purificația Marieĭ (30 Ianuar) 1557.

„Hawrilo Grecus de Schoczavia" recunoaște a fi primit de la „honesta Anna, relicta olim famati Alberti Zalicski, scabini iurati", plata „pro cuffa muscatelle et duobus cuffis malvatici".

Aceiașĭ zi.

„Providus Hawrilo de Schoczavia et Ianii de ibidem" recunosc a fi primit de la ea tot, și ea de la dînșiĭ, în seama răposatuluĭ bărbatuluĭ eĭ.

(Ibid., p. 593.)

CLVII.

Litere Sacre Maiestatis Regie pro parte Palatini moldaviensis oblate.

Notum facimus tenore presentium universis et singulis harum noticiam habituris oblatas esse nobis litteras Sacre Maiestatis Regie, domini nostri Clementissimi, ex parte Magnifici domini Alexandri Palatini Moldavie nuncii, quas ad affectacionem exactoris thelonei leopoliensis ad acta nostra presencia ingrossari et inscribi iussimus in tenore huiuscemodi.

Tenor litterarum Sacrae Maiestatis Regie.

Sigismundus Augustus, Dei gratia rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitie, etc., dominus et heres. Universis et singulis Palatinis, castellanis, capitaneis, vicecapitaneis, tenutariis, burgrabiis, proconsulibus, consulibus, advocatis, theloneatoribus, poncium et passuum custodibus eorumque notariis seu loca tenentibus, sincere (et) fidelibus, gratiam nostram regiam. Sincere fideles

dilecti, permisimus Magnifico domino Alexandro, Palatino Moldavie, vicino sincere nobis dilecto, centum et ultra centenarios eris et plumbi ad ecclesie per eum extructe campanas et alios quosdam usus in regno nostro coemere coemptumque libere, absque ullius thelonei solucione ac quovis impedimento, ex regno in dicionem suam educere. Mandamus itaque Egregietatibus et Fidelitatibus Vestris ut illi seu hominibus illius ad id destinatis es et plumbum prenominatum sub pondere suprascripto in regno nostro libere coemere coemptumque sine ullius vectigalis et thelonei exactione ac quovis impedimento ex regno in dicionem evehere permittant et permitti a suis faciant, pro gratia nostra. Nos vero id a theloneorum nostrorum exactoribus in racione suscepturi sumus. In cuius rei fidem sigillum nostrum presentibus apprimi iusssimus.

Datum Vilne, XXIIII die mensis aprilis, anno Domini M°D°LVIII, regni vero nostri XXX-o.

Ioannes Przerempski, R. P. vicecancellarius, scripsit ad mandatum Sacre Maiestatis Regie proprium.

Actum et datum ex residencia nostra consulari, anno et die quibus supra [= die XVIII iulii 1558].

(Ibid., pp. 725-6.)

CLVIII.

Literae Despot, Palatini terre walachiensis.

Heraclides Iacobus Basilicus, Dei gratia Dispotarum *(sic)* Sami et regni Moldavie princeps.

Circumspecte, nobis dilecte. Commisimus presencium exhibitori, Chamsa Gligo, simulque in mandatis dedimus debita antecessori nostro Serjmo *(sic)* Alexandro relicta a te exigere; literas tuas obligatorias, quibus te ad solucionem si necessitas postulabit, cogere poterit, illi tradidimus. Tu hac in re commodo tuo providere poteris, nostraque gratia in posterum uti poteris. Ex Horlow, 10 ianuarii, anno 1562.

Despotas (subscripcio).

Circumspecto, nobis dilecto Melchiori Haze, concivi civitatis leopoliensis.

Quas quidem literas suprascriptas, nos consules civitatis leopoliensis, vidimus sanas et integras, sigillo eiusdem olim Illustris domini Despote, Moldavie principis, obsignatas, quas nos ad affectacionem famati Melchioris Haz, civis leopoliensis, actibus nostris inscribi admisimus. Actum feria 2-da post festum Sancti Laurencii [= 12 augusti], anno Domini M°D°LXVI°.

(Ibid., VII, p. 652.)

CLIX.

Marți, „die Animarum" (2 Novembre) 1563.

E menționat „Iany, factor Constantini Corniacto, Greci". Proces. Și Miercuri înnainte de Lucia (8 Decembre) (p. 72). Și Marți înnainte de Sfîntul Bartolomeiu (22 August), 1564 (pp. 58-63). Apoi Marți, Presintarea Marieĭ (21 Novembre), 1564 (pp. 68-70): „Constantinum Corniacto Grecum, fratrem olim Michailo Corniacto, actorem, seu Iany Paczo, eiusdem factorem et plenipotentem".

(Iudicatura Armenorum, V, p. 43.)

CLX.

1565. E pomenit un Ioan Tedaldi, Florentin.

(Ibid., p. 90.)

CLXI.

Miercuri după Epifanie (10 Ianuar) 1565.

Sebald Aichinger împotriva lui „Nicoram Theklicz, Valachum de Schoczavia", absent.

Advocatul anunță arestul pus pe averile Romînilor pentru o datorie de 1.130 de florini poloni.

„Exemplum rescripti" (Colomea, Joi după Lucia, 14 Decembre 1564) pentru aceiași afacere.

E reprodus (în traducere polonă) sinetul lui Nicoară Teclici, din Suceava, 8 Mart 1563. Condamnatul e contumace.

(Civilia, XI, pp. 72-5.)

CLXII.

Vinerĭ după „Conductus Pasche“ (4 Maiŭ) 1565.

Proces între „Czarik Armenus de Soczavia“, care „per Bernat Luchodzicz proposuit iudicialiter in et contra Grzesko Manczukovicz, Armenum cittatum, pro eo quia ipse Grzeszko venit cum quadam muliere ad domum Ioannis Duchna aurificis, petens ut illi ostendisset duas pecias undatilia czamlioti, alterum nigri, alterum rubri colorum, que sibi placuerunt. Ad cuius verbum ipse Czarik credidit sibi ad quamdam mulierem ostendendos. Qui Grzeszko, acceptis undatiliis, illi non restituit, prout id comprobabat duobus testibus, Sarkour Armeno de Soczavia et Iwanys Armeno“, cari fuseseră de față.

Se decide jurămînt al luĭ Grzeszko. Lunĭ de Sfîntul Stanislaŭ, „in mayo“ (7) 1565.

Nu se presintă reclamantul ; e condamnat la cheltuielĭ [1].

(Iudicatura Armenorum, V, p. 72.)

CLXIII.

Lunĭ după Florĭi (8 April), 1566.

Se prezintă „Strenuus Krzeczon, Postelnik Magnifici domini Alexandri, Palatini Valachie“, și chiamă pe „famatus Melher Haz, civis leopoliensis“, presintînd scrisorĭ regale din „Knidzini“, 26 Mart 1566, către Lemberg. „Questus est nobis Strenuus Krzeczon, Postelnik Magnifici Alexandri, Palatini Valachie, ad nos nunctius, debere sibi ab annis aliquot famatum Malherem Haz, civem leopoliensem, quadringentos et decem octo aureos hungaricos, quos quidem illi persolvere non curat“; cere dreptate, care i se va da, dacă se va constata aceasta.

Postelnicul explică, „per Zachariam Armenum, interpretem civilem leopoliensem“, că datoria e „pro bobus ipsius per

---

1 P. 97 : Doĭ Turcĭ «de Halap». Pp. 142-3 : Armenĭ din Constantinopol și Adrianopol. P. 160 : Evreĭ din Constantinopol.

olim Nicoram teloneatorem choczinensem, fratrem germanum suum, prefato Melhiori Haz venditis".

Hase recunoaște „quia ipse tenebatur olim Nicore Valacho, teloneatori choczinensi, fratri ipsius Krzeczon Postelnik, quadringentos duos florenos aureos hungaricales pro bobus propriis eiusdem domini Krzeczon pro duabus ratis solvere iuxta chirografum ipsius Melhioris Haz memorato Nicore Valacho de manu et sigillo propriis super se datum, prout primam ratam pro festo Nativitatis Marie [=8 septembris] solvit et super eam ducentos aureos dedit iuxta quitacionem literalem dicto Nicore, sigillo ipsius proprio munitam, coram illo officio consulari reproductam, infra contentam; in qua quidem quittacione idem Nikora teloneator meminit et recensuit chirografum et debitum eidem Melhiori Haz illi contractum et, antequam ad solucionem residue rate 200-orum duorum aureorum ventum fuerat, interim olim Dispotas terram valachiensem oppugnavit. In tantoque disturbio, licet pro tunc ipse Melher Haz solucionem residuam perficere non poterat, cum etiam idem Despotas bona prefati Nicore theloneatoris recepit ipsumque Nicoram in custodia habuerat, sed tamen ipse postea Nicora theloneator miserat famulum suum ut idem Melher Haz ratam ultimam illi solveret, offerens se gratiam in solucione ipsa sibi Melhiori facere. Verum, dum ipse Melher Haz ad id consentire noluerat, postremo prefatus Nikora miserat alium servitorem suum pro recipienda ultimata solucione cum chirografo eiusdem Melhioris Haz proprio, faciendo ipsum Melher Haz cerciorem ut, si et in quantum pro debito prefato satisfacere nollet, quod chirografum eiusdem prefato Dispote tradere debebat; cui repentinam solucionem facere cogeretur. Quo attento, ipse Melher Haz, viso quoque chirografo suo proprio, florenos ducentos duos aureos recte dicto famulo Nicore theloneatoris dedit et persolvit. Cui Melhiori Haz idem famulus chirografum ipsius proprium in iuris quittacionem totalis solucionis facte restituit et tradidit; quem chirographum ipse manutenet. Affectans

tam quiettacionem quam chirografum prefatum legi, prout lecta sunt in tenore tali:

a) „Tenor quiettacionis“ de la „Nikora mitnik choczinski“, fără dată;

b) „Tenor chirografi“ de la Haz („datum in Choczin, anno Domini 1561, die 30 iulii“).

Postelnicul obiectează „quod quiettacio Nikore theloneatoris, fratris sui, per prefatum Melherem Haz reproducta, non pro debito pro quo controvertitur, sed in alio debito per prefatum Melherem Haz olim Nicore teloneatori, fratri suo, contracto est obtenta. Chirografus denique per ipsum Melherem Haz in iuris documenti solucionis reproductus non a prefato Nikora, fratre ipsius, sed alio mo[do] per prefatum Melherem Haz obtentus est; nam circa prefatum chirografum multe res alie dicti olim Nicore desiderantur, immo praefatus Melher Haz teneretur nominare personam a qua chirografum ipsum est consequutus. Quare, ut prius, ita iterum peciit de ipso Melhere Haz pro debito prefato iusticiam sibi ministrari“.

Hase răspunde că n'are altă datorie, că a plătit: dovadă sinetul. „Cum etiam ipse olim Nicora teloneator uno anno post solucionem illi factam Szoczavie in terra valachiensi cum eodem Melhere Haz habuit amicam conferenciam, ubi si non fuisset consequtus solucionem debiti, vexaret illum Melherum Haz, et presertim in terra valachiensi.“

Se decide a pune pe Hase la jurământ. Acesta face apel la rege.

(Consularia, VII, pp. 559, 599.)

CLXIV.

„Famatus Marcus Lani, Grecus de Constantinopoli“, recunoaște că a fost, cu „Iani Paczo, Grecus de Candia“, garant pentru „Iwanazkone Valacho“, la o datorie (1565). Se închide o afacere provocată de această garanție. — Miercuri, „Conductus Pasche“ (17 April) 1566.

(Ibid., pp. 573-4.)

CLXV.

Luni după Sfîntul Egidiu (2 Septembre) 1566.

„Todor de Ias, Popo, et Filipus Notarius, plenipotentes Magnifici domini Alexandri Voiewode valachiensis", în afacerea Crăciun-Hase. Presintă scrisorile regale din Lublin, 5 Maiŭ 1566. Ca acel la care se făcuse apel, regele confirmă sentința. Hase oferă a jura. Plenipotențiariĭ spun că aŭ venit pentru plată, nu pentru jurăminte. Se decide că va jura „die abhinc tercio".

Apoĭ: „Decretum inter plenipotentem Palatini walachiensis et Melchierem Hasz". Plenipotențiĭ sînt numiți aicĭ, „Thodor Popo et Filipus Notarius". Se decide jurămîntul în treĭ zile (Miercurĭ după Sfîntul Egidiu (4 Septembre) 1566).

Nu se presintă Moldoveanul la jurămînt. Protestează Hase.

Urmează: „Protestacio eiusdem Melchior Haz" (aceiași dată).

(Ibid., p. 664 și urm.)

CLXVI.

Luni înnainte de Cathedra Petri (12 Ianuar), 1568.

În chestia uneĭ reclamațiĭ din partea „providi Luca Czobotar de Lopusna, necnon Petrus, Thodoro de Demethrio, de ibidem, Valachi", împotriva moștenitorilor „Christoferi Fox, lanii".

(Ibid., pp. 1070-1.)

CLXVII.

Marți după Agnes (27 Ianuar) 1568.

Apar „Providus Lucas Czobotar, Petrus cum Todoro atque Dimitr Berbecz, Valachi de Lopusna", represintați prin Francisc Sara, ușer liovean, împotriva luĭ Fox. După ce invoacă „salv-conductul" regal, acesta se învoiește la un termin de plată.

Joĭ după „Conversio Pauli" (29 Ianuar).

Pentru aceiași afacere.

Luni, Sfînta Apolonia (9 Februar) 1568.
Romînii cer sechestru. Zăbavă [1].
(Ibid., pp. 1163-4, 1166, 1200 și urm.)

CLXVIII.

Miercuri după Purificația Mariei (4 Februar) 1568.
Sentința în procesul lui Luca Ciobotarul, Petru, Teodor, Dimitrie, „Valachus", cu Cristofor „Fox, lanius", care pleacă lăsînd procesul. Dumitru era din Lăpușna. Sînt reproduse toate înscrisurile polone ale fugarului (1565-6).
Vineri, Sfînta Dorotea (6 Februar).
Același proces. E condamnat Fox.
(Ibid., pp. 1192-5.)

CLXIX.

Sîmbătă înnainte de Sfînta Margareta (17 Iulie) 1568.
Augustin Aichinger recunoaște că a primit de la Armeanul Donowak din Lemberg 60 de florini „pro Warthan Valacho de Romansky targ".
(Ibid., p. 1221.)

CLXX.

Sîmbătă înnainte de Iudica (26 Mart) 1569.
Se aduce „decretum Sacre Regiae Maiestatis, domini nostri Clementissimi, inter honestum Mathwiey, theloneatorem iasensem, et Paraskiewa de Lopuszna sociosque illorum valachos, actores, et famatum Petrum Fogelweder atque Albertum Paiaczek, plenipotentes Hutteteronum, creditorum Melchioris Hasz, ab altera partibus". O altă scrisoare din Lublin, Vineri după Sfîntul Valentin (18 Februar) 1569.
Și alte scrisori regale „in causa inter Paraskiewam Valachum, actorem, et Sebaldum Aichingerum" (Lublin, Marți după Reminiscere, 8 Mart) [2].
(Ibid., p. 1618 și urm.)

[1] Cf. și p. 1202 (Miercuri înnainte de Valentin (11 Februar); e admis sechestrul), 1203 (Sîmbătă, Sfîntul Valentin, 14 Februar).
[2] Cf. p. 1622.

CLXXI.

Miercuri după Iudica (30 Mart) 1569.

„Causa Paraskiewe Velachi de Lopusna, actoris, quam cum Mathwiei teloneatore iasensi, famato Hieronymo Zapala, consuli leopoliensi, pro iudicatione sortis bonorum mobilium et immobilium Melchioris Hasz instituit."

(Ibid., pp. 1624-5.)

CLXXII.

Luni după Palme (4 April) 1569.

„Constantinus Corniades, Grecus de Candia", presintă prin „Ioannem Zaidlicz, suum preloqutorem", o scrisoare regală din Lublin, 20 Mart 1569, către Lioveni: „Magnificus Palatinus Valachiae proximis diebus egit nobiscum per literas ut sibi de Lazaro Luchodzovicz Armeno, cive et subdito nostro leopoliensi, iusticiam administrari iuberemus racione certi debiti per eundem ipsi Magnifico Palatino Valachie contracti; qui quidem Lazarus Ludzodzovich Armenus propter debita contracta dicitur in coenobium se subduxisse ac propterea a creditoribus suis bona, merces ac universas ipsius possessiones arresto subiectas esse hactenusque detineri. Cum vero et aequitas ipsa suadeat et pacta communia que nobis cum ipso Magnifico Palatino Valachie ac dicionibus suis intercedunt, nos hortentur atque flagitent ut is idem Magnificus Palatinus Valachie pre ceteris creditoribus primus sit in repetendo et obtinendo debito suo ex possessionibus ipsius debitoris sui iam arresto subiectis", se dă ordin a se face. Amînare până Joi după Paști (14 April). La aceiași dată se fixează Marțea următoare (19).—În aceiași zi, Corniact e represintat „per Paulum, suum servitorem". Presintă un nou ordin regal din Lublin, în limba polonă. Fusese întâiul arest pentru o datorie către Sultan. Decisie pentru Constantin. Apel la rege. — Mai tărziu (p. 275) vedem pe fugit apărînd și judecîndu-se.

(Iudicatura Armenorum, pp. 172-3.)

CLXXIII.

Miercuri după Paști (13 April) 1569.

Un Liovean, Nicolae Klopoth, recunoaște o datorie de 100 de taleri, cîte 33 de groși, de la „Demetrius Valachus de Soczavia", împrumutați prin Marcu de Malechow; îi va plăti în mîna altuĭ Liovean.

(Consularia, VII, p. 1484.)

CLXXIV.

[1570.] Des apare Pero Galanti din Constantinopol cu „Malvasia" luĭ.

(Advocatialia, V, passim.)

CLXXV.

[1570.]

Se vorbește de un Turc și un Armean din Cafa. Chitanță pentru un amanet în ughĭ.

(Ibid., p. 178.)

CLXXVI.

[1570.]

Alt contract al luĭ Chaim pentru Constantinopol.

(Ibid., pp. 229-30.)

CLXXVII.

Luni după Agnes (23 Ianuar) 1570.

„Decretum inter Kirkor Armenum et Marc de Iaszy."

(Ibid., p. 54.)

CLXXVIII.

Joĭ înnainte de Reminiscere (16 Februar) 1570.

Plenipotențiarĭ din partea luĭ „Providus Iurko Baranowicz, Valachus de Iassy".

(Ibid., p. 129.)

CLXXIX.

Marți după Laetare (7 Mart) 1570.

„Costha de Choczin, Valachus", împotriva Agneteĭ, văduva luĭ Stanislas Dolinski, pentru o datorie a acestuia, de 270 de florinĭ, „pro bobus". Se constată că ea n'a moștenit nimic de la bărbat.

(Civilia, XII, pp. 130-1.)

CLXXX.

Marți „Rogationum" (9 Maiŭ) 1570.

„Providus Frangul, Valachus de Szocavia, vector, recognovit libere se contractum huiusmodi cum Chaimo Cohen et Abraamo Mosso, Iudaeis constantinopolitanis, constituisse occasione ducendarum eorum mercium ad Czarihrodum in Turciam, quod videlicet 50 duos centenarios minus duobus lapidibus prefatarum certarum mercium, singulos per florenos quatuor et grossos quindecim, ad dictam civitatem turcicam ducturus est; pro qua vectura ex integro iam sibi satisfactum esse dixit, rursus ex Czarohrod Leopolim viginti centenarios aliarum mercium et mercantiarum adducturus est prefato Chaimo et Abraamo Iudeis. Quod si ipsi Iudei plures merces quam viginti centenarios memorato Frangolo Valacho ad ducturam dare voluerint, debebunt eidem vectori per factores suos de ea re altero die post ingressum in carohrodensem civitatem significare; quominus illi significaverint de impositione plurium mercium quam cum eo conventum est, licebit ipsi vectori die tertio ab alio mercatore quantum volet mercium accipere. Illorum vero viginti centenarios impositionem, tum et reliquarum mercium, si de illis sibi die secundo significatum fuerit, prefatus Frangul in civitate carihrodensi ab ingressu debebit ac omnino tenebitur duas integras septimanas expectare sumptu suo. Si vero plus expectaverit, id ad sumptum dictorum Iudeorum cedit; a quibus centenariis singulis similiter ipsi Chaim et Abraam per florenos 4 et grossos quindecim ratione vecture soluturi sunt. A flumine vero Danubio us-

que ad Czarihrod ipse vector, tam in eundo, quam redeundo sabbatis diebus die integro Iudeum qui preerit mercibus, tenebitur prestolare et unum Iudeum, famulum prefatorum Chami et Abraami, ad currum suum hinc et inde recipere. Actum feria tertia Rogationum, anno Domini 1570.
(*Advocatialia*, V, p. 129.)

CLXXXI.

[1571.]
Mohammed Celebì, „mercator" al Sultanuluì.
(*Ibid.*, pp. 285-6.)

CLXXXII.

[1571.]
Contract al luì Chaim Cohen pentru Constantinopol.
(*Ibid.*, pp. 324-5.)

CLXXXIII.

Marți înnainte de Petru „ad Vincula" (16 Ianuar) 1571. Chaimus Cohen. Andreas Bariczka cum aliis vectoribus.

Venientes ad officium advocatiale leopoliense providi Andreas Bariczka de Sacz, Martinus de Camieniecz et Olesko de Kalecza Gura, suburbanus leopoliensis, vectores, ex pacto et conducto obstrinxerunt se 60 quinque centenarios certarum mercium in Kiliam, turcicam civitatem, Chaimo Cohen, Iudaeo constantinopolitano, equis et currubus eorum deducturos salvas et integras. A quibus mercibus pro ductura ipse Chaimus Cohen medium alterum florenum a singulis centenariis soluturum se eisdem obstrinxit, tum etiam ex Kilia Leopolim idem Chaimus Cohen dictis vectoribus alias merces ad vehendum dare tenebitur similemque mercedem a quolibet centenario eisdem solvet. Quod si ipse Chaim in Kilia merces non habuerit et vacuos eosdem vectores inde dimiserit, extunc ibidem, ab iis mercibus quas nunc in Turciam vehunt, ad singulos centenarios per grossos quindecem addere eisdem vectoribus tenebitur. Denique omnia telonea

et vectigalia tam a mercibus, quam ab equis et curribus per Turciam et Valachiam et in Polonia et Russia, tantum a mercibus, solus Chaim expedire iuxta consuetudinem negotiatorum aliorum solvere debebit. Vectores vero ea vectigalia in Russia solvent que ab equis et currubus solvere consueverunt. Solutionem vero mercedis prefatae Leopoli in presentiarum dimidiatam et in Valachiam reliquam ipse Chaim facturus est vectoribus prefatis. In Kilia vero prefati vectores ad summum in quintum diem impositionem mercium expectaturi sunt. Ubi vero plures dies expectaverint, ipse Chaim et vectoribus, cum aurigis, et iumentis seu equis eorum cibos ex pecunia propria parare obligabitur. Quod etiam in terra Valachie singulis sabbatis facere debebit propter moram quae causa Iudei factoris ipsius Chaimi circa merces destinati sunt *(sic)*. Actum ut supra [feria tercia ante Sancti Petri ad Vincula, anno Domini M°D°LXXI°].

(Ibid., pp. 360-1.)

CLXXXIV.

Stantes personaliter... providi Anton Tetul et Michailo, Walachi de Berlad, fecerunt iudiciale arestum in et super omnia bona immobilia et mobilia perfidi Abraami, filii Nachman, de Olesko (pentru 100 de florinĭ în aur).—Miercurĭ înnainte de Agnes (17 Ianuar) 1571.

(Ibid., pp. 246-7.)

CLXXXV.

Marțĭ înnainte de Purificația Marieĭ (30 Ianuar) 1571.

„Russol Valachus" chiamă în judecată pe Israel Evreul „Olescensem..., quia ipse Israel Iudeus, cittatus cum patre suo et fratre, Iudeis, emit Sniatini aliquot dena boum, pro quibus sibi tam idem cittatus quam pater et frater suus manu coniuncta septuaginta aureos florenos iuxta chirographum contraxerunt". Urmează actul polon. Israel protestează că n'a iscălit și el. Se supune Evreul la jurămînt.

(Civilia, XII, p. 486 și urm.)

CLXXXVI.

Sîmbătă, Sfîntul Blasiu (3 Februar) 1571.

„Providus Holub Trochim, Valachus de Choczin", recunoaște o datorie către „Calman Evreul din Zloczow: „stamen panni swebodinensis absque ulnis duobus et unum bovem cum petia tele albae colnensis".

(Advocatialia, V, p. 270.)

CLXXXVII.

Miercurĭ după Dorotea (4 April) 1571.

Chitanță a luĭ „providus Dragicz Armenus de Valachia, de Iassy", către „providus Tatul, Armenus camenecensis".

(Ibid., p. 274.)

CLXXXVIII.

Lunĭ după Sfîntul Mateĭ Apostolul (24 Septembre) 1571.

Chitanță a luĭ Constantin, acum vameș al Rusieĭ, în numele său propriu.

(Ibid., pp. 239-40.)

CLXXXIX.

[1572.] Un „Rossol vector".

(Ibid., p. 506.)

CXC.

Marțĭ „Regationum" (13 Maiŭ) 1572.

Iudicium civile leopoliense ad propositionem servitorum Magnifici domini Petri, hospodari moldaviensis, contra famatum Thomam Sartorem, civem leopoliensem, citatum pro certis rebus, ut aiebant, mobilibus apud eundem preventis factam *(sic)* decrevit: quandoquidem Thomas Sartor appellavit ac denominavit possessorem dictarum rerum nobilem Martinum Witewskj petitque sibi ad eundem evictorem apprehendendum ac coram iudicio presenti personaliter constituendum dilationem sex septimanarum concedi,

eapropter eiusmodi exposita dilatio eundem Thomam sequi debet ad sex septimanas, in quibus evictorem prefatum coram presenti iudicio constituere tenetur de iuris forma.
(Civilia, XII, p. 921.)

CXCI.

Vineri după Înnălțare (16 Maiŭ) 1572.

„Honestus Marcus Tubycen, dictus Puzanista, famulus et servitor Illustrissimi et Magnifici domini Petri Walachorum et plenipotens honesti Stanislai Poznanczik, civis vilnensis", numește un plenipotențiar.
(Advocatialia, V, p. 540.)

CXCII.

Luni după Trinitate (2 Iunie) 1572.

Contract pentru mărfuri. Se prevede casul dacă „interim in Valachia hoc tumultuario tempore damnum in mercibus ab eis ducendis illatum a quopiam fuerit". Se va merge prin Camenița la Constantinopol, stînd trei zile în Moldova.
(Ibid., pp. 547-8.)

CXCIII.

Joi după Sfînta Ecaterina (27 Novembre) 1572.

„Vectores" din oraș se înțeleg cu „Pero Galanthes" pentru a duce „certarum mercium centenarios centum honestò Peroni Galanthis, Italo, versum Iassi, civitatem valachiensem" pentru un florin, 15 groși de fiecare centenariŭ. Vor aștepta mărfurile în Iași trei zile. Parte vor fi primite înnainte.
(Ibid., p. 630.)

CXCIV.

Aceiași dată.

„Honestus Longi, Grecus de Candia, actor, accusavit providum Iwanum de Iaszi, Walachum, citatum pro sacco crocci sibi per eundem Iwanum ex fideli manu non reddito".
(Ibid., p. 651.)

CXCV.

Marți după „Misericordia“ (7 April) 1573.

Arestare de cinci cai și două care „providi Hrehori Valachi de Szoczavia, vectoris profugi“.

(*Ibid.*, pp. 745-6.)

CXCVI.

Miercuri după „octava Corporis Christi“ (3 Iunie) 1573.

„Providi Iwan Furfath, Skripka de Romanski Targ, civitate moldaviensi, vectores“, recunosc „quia illis providus Georgius Kores, Grecus constantinopoliensis, taleros 9 cum viginti quatuor grossis polonicalibus quos ducendo merces eiusdem Georgii Kores in thelonia exposuerant realiter et in effectum persolvit.“

(*Ibid.*, pp. 784-5.)

CXCVII.

Luni, Sfîntul Vitus (15 Iunie) 1573.

Apare „providus Adam“ bedelul, trimes „ad instantiam providi Hadzi-Assan, Turcae de Bialogrod..., ad providum Toros Luchnowic, Armenum leopoliensem“. Acesta recunoaște o datorie „provido Hassan-Agha, Turcae de Bialogrod“, care dă puterea lui Hagi-Hasan. Se obligă a o plăti acestuia „pannis carasiis“.

(*Ibid.*, pp. 792-3.)

CXCVIII.

Vineri după Sfîntul Ioan Baptist (26 Iunie) 1573.

Apare „Toros Steczkowicz, Armenus, civis leopoliensis“, după cererea „providi Hadzihassamhal, Turcae de civitate Turciae Bialograd, plenipotentis vero providi Assanagha, Turcae, ibidem de eadem civitate Bialograd“, și recunoaște a fi dator 255 de taleri. Se obligă, „peractis primum nundinis Iaroslaviae proxime et immediate pro festo Assumptionis gloriosissimae Virginis Mariae futuro celebrandis hinc versus

Turciam, civitatem vero Bialograd, proficisci ibique eiusmodi summam Assanagha Turcae iuxta modum et conditiones in ipso chirographo expressas, potissimum vero pannis dictis girzinek, tradere et solvere". Altfel, va plăti și cheltuiala unuĭ noŭ trimes.

(Ibid., p. 801.)

CXCIX.

Sîmbătă înnaintea Sfîntuluĭ Mateiŭ Apostolul (9 Septembre) 1573.

„Providi Maty et Iwan Iochtuch, Valachi de Choczin", daŭ chitanță unuĭ „Namantor, Iudaeus constantinopolitanus".

(Ibid, p. 850.)

CC.

Vinerĭ, Sfîntul Gal (16 Octombre) 1573.

„Providus Iwanis Wartiris, Armenus de Iassi, civitate valachiensi, vector", se îndatorează luĭ Nachman Thor aduce la Adrianopol „singulos centenarios", cu patru florinĭ de fiecare, prin Camenița.

(Ibid., pp. 858-9.)

CCI.

[1574.] „Plenipotentia a Simone Hannel Iacobo Pezolka contra Walachum de Iassy mercatorem."

(Acta iudicii consularis, IX, p. 424.)

CCII.

Joĭ după Purificație (4 Februar) 1574.

Contract al luĭ Tatul.

(Advocatialia, V, pp. 945-6.)

CCIII.

Lunĭ după Sfinții Petru și Pavel (5 Iulie) 1574.

Proces împotriva „providos Petrum et Iwanum Walachos" pentru un cal.

(Civilia, XII, pp. 1178-9.)

CCIV.

Miercurĭ după Decolația luĭ Ioan (1-iŭ Septembre) 1574. Hannel dă plenipotență concetățeanuluĭ săŭ pentru a lua, pe orĭce cale, 181 de ughĭ de la „providum Orszul, filium Dragaion, Valachum de Iassy".

(Acta iudicii consularis, IX, p. 424.)

CCV.

1575. „Andreas Swero, mercator Serenissimi Imperatoris Turcarum".

(Ibid., p. 840.)

CCVI.

Sîmbătă după Magdalena (23 Iulie) 1575.

Hieronim Iasienski, „famul" al luĭ Corniact, vameș al Rusieĭ, cere de la Nicolae Nevridi să plătească o datorie a luĭ Gheorghe Koressi din Constantinopol, „ex quo ipse citatus est legittimus factor eiusdem Georgii Koressi atque cum mercibus ipsius hic Leopolim advenit et pecunias seu debita eidem conducta emonuit". Nicolae se arată gata a răspunde

(Civilia, XII, p. 1537 și urm.)

CCVII.

Miercurĭ după Sfîntul Iacob Apostolul (27 Iulie) 1575.

Jurămîntul luĭ Nicolae în biserica Rutenilor. Jură „qua ipse nullas merces neque pecunias aut aliquas res providi Georgii Koressi, Graeci constantinopoliensis, habet neque factoratum eiusdem tenet, nulla demum debita eidem conducta emonuit". E liberat.

(Ibid., pp. 1541-2.)

CCVIII.

Vinerĭ după Sf. Laurențiu (12 August) 1575.

„Nachman Thor, Iudaeus constantinopolienis, contra providum Nicolaum Domestik, Graecum constantinopoliensem":

se plînge că a fost calomniat cum că nu vrea să plătească o datorie, cînd i se refusă sinetul. E citat Anton Coressi din Constantinopol. Nicolae cere zăbavă.

În aceiași zi, „Valentinus caerae pressor, iuratus civis leopoliensis", chemat ca martur de Nicolae, depune în chestia unor vinuri ale lui Constantin Corniact.

Sîmbătă după Sf Laurențiu (13 August).

Se anunță citarea lui Simon Hanel de către Nicolae.

Miercuri după Asumpția Marieĭ (17 August).

Nicolae în proces cu Nachman. Se înțeleg a aștepta pănă ce creditorul Coressi va trimete sinetul. În afacerea cu Hanel, acesta nu plătise vinul de la Corniact.

Sîmbătă după Asumpția Marieĭ (20 August) 1575.

Hanel jură și termină afacerea.

(Ibid., pp. 1557-62.)

CCIX.

Luni după Sfîntul Bartolomeiŭ (29 August) 1575.

Nicolae citează pe „Marcum Langis, Graecum leopoliensem". Arestează la el niște bumbac pentru o datorie.

(Ibid., p. 1564.)

CCX.

Luni după Sfîntul Mateĭ Apostolul (26 Septembre) 1577.

„Honestus Nicolaus Neuridis Graecus" face plenipotențiar pe Simon Karp în procesul cu Sofia, văduva lui Stanislas Hanel, pentru 150 de florini.

(Civilia, XII, p. 721.)

CCXI.

Marți, „postridie festi Sancti Martini episcopi" (12 Novembre) 1577.

Un proces al lui „Nicolaus Graecus".

(Consularia, IX, pp. 410-11, 415.)

CCXII.

Marți după Purificația Marieĭ (4 Februar) 1578.

E pomenit „honestus Norsus, honorabilis Waskonis Warthikowicz, presbiteri armenici leopoliensis, filius".

(Consularia, X, pp. 353-4.)

CCXIII.

Joĭ înnainte de Trinitate (22 Maiŭ) 1578.

Întâiŭ o afacere „Georgii Coresi Graeci".

Apoĭ: advocatul și scabiniĭ castelului Cracovieĭ îșĭ dau părerea în această privință. În titlu se zice și „Nicolaus Domestico" la una din cele două părți.

(Civilia, XIII, pp. 1186-7.)

CCXIV.

Ioannes, pop Rutenorum, Nikore olim Podkowa famuli Czeczon Harbuss, Grigor Xolicz (?), Alexa Toternak, Petrasko Piter Walaszonij et Iwan Ruson, uti famuli Nikore Podkowa, iudicio Sue Regie Maiestatis capitis damnati, recognoverunt libere et per expressum fassi sunt quia pro mercede obsequiorum per eos dicto Podkowa in vita eius prestitorum honorabilis Ioannes, ecclesiae ruthenicalis tituli Assumptionis Beatae Mariae Virginis in civitate eadem leopoliensi consistentis pop, per compositionem et transactionem inter eosdem, mediante arbitrio Illustris et Magnifici... *(sic)* Chotkiewicz, castellani wilnensis et marschalci supremi magni ducatus Lithuaniae; Samogitiae capitanei, factam, dedit eisdem duas vestes auro textas, cum quindecim nodulis argenteis deauratis, per prefatum olim Nikoram Podkowa ad ecclesiam prefatam et ad manus dicti poponis traditas; de quibus vestibus et nodulis eum ipsum poponem quietaverunt perpetuo. Actum ut supra [feria secunda pridie festi Nativitatis Sancti Ioannis Babtistae [23 iunii], anno Domini 1578].

(Ibid., p. 519.)

CCXV.

[Corniact presintă scrisorĭ regale.]

Tenor literarum.

Stephanus, Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithwaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, etc., princeps Transylvaniae. Universis et singulis cuiusvis sortis, loci, dignitatis, conditionis et gentis subditis nostris, ubivis locorum in regno nostro, maxime vero în civitate nostra leopoliensi, camenecensi, et alias ubilibet degentibus, fidelibus nostris dilectis, graciam nostram regiam. Fideles nobis dilecti. Debet haud exiguam pecuniae summam Magnificus Petrus, Walachiae Palatinus, generoso Constantino Corniacto, theloneorum nostrorum per Russiam prefecto. Quoniam vero is, ab Imperatore Turcarum eo ipso Palatinatu valachico motus Constantinopolimque accersitus ac in eius locum alius novus Palatinus suffectus esse dicitur, ideo supplicatum est nobis nomine ipsius Constantini Corniacti ut sibi prospectum esse in eo vellemus ut nomine istorum debitorum apud se per Petrum Palatinum contractorum liberum licitumque sibi esset debita eiusdem Palatini que apud conplures subditos nostros diversis in locis habere affirmatur, arrestare atque eadem exigere. Quod cum aequissimum iurique et legibus ipsis publicis conveniens esse iudicaremus ac rem nostram quoque in eo agi videremus, quippe quod multa quoque ipse Constantinus ad thesaurum nostrum ex thelonaeis russicis, quorum exactor est, debeat, succumbendum illi ea in re esse existimavimus. Quapropter omnibus in universum quicunque aliquid memorato Petro Palatino debere se intellexerint, serio iniungimus ne haec ipsa debita cuique alteri quam Constantino Corniacto solvere audeant atque arresta eorum debitorum que ab eodem Constantino vel suis mandatariis apud quemvis vestrum facta fuerint, non detrectent, imo vero rata habeant, neque quicquam contrarium illis faciant. Illis preterea omnibus qui magistratibus quibusvis presunt, quique hoc nomine requisiti fuerint, precipimus ut, tam in arrestandis,

quam etiam repetendis hisce debitis, Constantinum et eius mandatarios quantum possunt iuvent et quod officii illorum ratio ab ipsis exposcere eo in negocio videbitur, sedulo faciant. Pro gratia nostra et sub recompensatione damnorum, si quorum occasionem ipsi Constantino conniventia vel negligentia sua dederint, aliter non facturi. Datum Warssowiae, in comitiis regni generalibus, die XXIj mensis octobris, anno Domini MDLXX nono, regni vero nostri anno quarto.

Stephanus rex. Ia. Mlodzieiowzky.

(Se înscriŭ Sîmbătă „postridie festi Circumcisionis Domini" 1580 [2 Ianuar].)

(Consularia, X, pp. 1206-8.)

CCXVI.

Lunĭ înnainte de Sf Andreĭ (28 Novembre) 1580.

Constantin Corniact, vameș regal, recunoaște „quia ipse, iuxta arrestum suum quod fecit vigore mandati Sac. Regiae Maiestatis ad eiusdem informationem super summas certas pecuniarias certorum famatorum armenorum civium leopoliensium ratione teloneorum ad terram walachiensem per eos debitorum et retentorum", a dat seniorulŭ Armenilor, din deposit, suma de 665 talerĭ pentru zălog.

(Ibid., XI, pp. 210-11.)

CCXVII.

Sîmbătă înnainte de Reminiscere, 18 Februar 1581.

„Honestus Nicolaus Domesticus Nevridi, Graecus, negociator." Cere „a nobis extradi sibi sub sigillo inscriptionem suae protestationis quam ante triduum coram officio nostro fecit et ad acta nostra praesentia inscribi postulavit, scilicet occasione trium millium aureorum sibi, ut ait, in hospitio in quo apud honestum Thomam Alberti diversatur, furto sublatorum". Toma protestează contra acusărĭ difamatorĭĭ, „presertim cum id ad noticiam suam venerit eundem Ni-

colaum in prefata protestatione nominare quomodo in eam civitatem leopoliensem una secum advenit et in unam domum sese cum rebus contulit et quod furtum presente utriusque eorum familia sit patratum idque genus alia contra se presentem et contra familiam et contra domum suam ibidem pretendit". Ambii sînt trimeși „ad ius civile et iudicium competens".

(Ibid., pp. 330-1.)

CCXVIII.

Luni după Reminiscere (20 Februar) 1581.

Apare Toma Alberti, negustor grec din Lemberg, și cere a fi citat „Nicolaus Neuridi Domesticus, Graecus". Urmează în limba polonă „Tenor propositionis". Același Nevridi cere zăbavă.

(Ibid., p. 957 și urm.)

CCXIX.

Luni după Oculi (27 Februar) 1581.

Nevridi renunță la acțiunea împotriva lui Toma și a familiei. Nu se admite, marturul afirmînd că Nicolae a venit cu Toma, care e „hospitator" al casei unde descinsese. Se decide a se permite lui Toma să se justifice.

Urmează o mărturie pentru un negustor ucis de 14 ani în Moldova.

(Ibid., pp. 969-72.)

CCXX.

Luni după Florii (20 Mart) 1581.

Procesul lui Nevridi. Liberarea lui Toma.

(Ibid., pp. 970-4.)

CCXXI.

Miercuri după Florii (22 Mart) 1581.

„Honestus Nicolaus Nevridi Domesticus, Graecus, negociator", representat prin Simon Kinost, contra culpabililor,

cari ar fi, „amissae pecuniae atque damni quod ipse subiit Leopolim, hic adveniens tercia die dominico proxime preterito, utpote ante festum Sancti Agnetis, circa horam quindecimam vel sedecimam, quando scilicet ei in domo lapidea, in circulo penes domini Valentini Wilczek et Sophiam Hanlowa domos sita, honestaeque Agnethis Iakobusowa, viduae civis leopoliensis, propria, in quam hospes venerat et pecuniam cum rebus suis omnibus deposuerat, pecuniae paratae tria millia aureorum consuta toraci furtive perierunt, idque interea cum exiverat de domo, ubi ictu securis cisticula in partes duas dissecta est".

(Ibid., p. 979.)

CCXXII.

Oblatae literae a Nicolao Domestico.

Ad nostram consularem residentiam veniens personaliter honestus Nicolaus Domesticus Nevridi, negociator grecus, obtulit nobis literas sub sigillo advocati et scabinorum civitatis Iassy, de terra Walachiae, graeco seu ruthenico idiomate scriptas, que ad eius instantiam per honestum Stephanum Diak, ex ruthenorum civium leopoliensium ecclesia ad id specialiter vocatum graecarumque literarum peritum, de verbo ad verbum interpretatae, lectae actisque nostris praesentibus insertae sunt tali ut sequitur tenore. (Urmează actul polon ; tradus în *Călători*, etc., p. 53.)

Oblatae vero ad acta nostra presentia feria secunda postridie Conductus Paschae, anno Domini 1581 [3 aprilis].

(Ibid, pp. 373-4.)

CCXXIII.

1582.

„Andreas Damilo, Graecus constantinopolitanus", chiamă marturĭ pentru afacerile luĭ cu Balibeg.

(Civilia, XIV, p. 1430.)

CCXXIV.

1582.

Proces al lui „Nicoras Graecus, Nicolaus Graecus“ cu Corniact.

(Ibid., pp. 407-9.)

CCXXV.

Varșovia, 20 Septembre 1582.

Regele Ștefan, printr'o circulară, dă putere „Hiacincto Mlodzieyowski, curiae nostrae tesaurario krzeczoviensique capitaneo nostro, bona debitaque et facultates Iancolae, Palatini Walachiae, apud quemvis in regno nostro deposita aut cuicunque concredita inquirendi et officiose in nostram rationem repetendi“.

(Consularia, 1580-4, p. 913.)

CCXXVI.

Circulară regală.

Varșovia, 23 Septembre 1582. Trimete pe „generosum Hiacinctum Mlodzieiowski, Curiae tesaurarium ac krzeczoviensem capitaneum, maxime propter eam causam ut certo expiscari possit que sit ratio negociorum Ianculae Palatini Walachiae in regno nostro interempti, tum quas ille proprias res in regnum et dominia nostra intulerit, neque solum ipse, verum et caeteri valachicae nationis homines; tum etiam si apud quaslibet personas in regno nostro res disposuerint suas, sive illa debita fuerint, sive quacunque ratione intra fines regni nostri importata.

Iuxta quas literas vocati sunt in pretorium mercatores omnes, tam cives, quam etiam advene, ritus cuiuslibet, potissimum autem de quorum negotiationibus ad terram Valachie finitimis constare officio poterat. His comparentibus, proposita fide... atque... poena, expositum est ex officio prefato, nomine Sacrae Maiestatis Regiae seorsiveque singuli interrogati et requisiti sunt quid cuique illorum notum sit de ratione negociorum Iancolae, Palatini Walachiae

rebusque bonis atque facultatibus per illum in regno interceptum aut per quosvis graecae atque walachicae nationis homines intra regni fines importatis, vel apud quemvis depositis aut alicui concreditis: tum preterea de debitis quocunque modo pro bobus aut pro quibuslibet aliis mercibus Valachiae per quempiam contractis. Ad eiusmodi requisitionem famatus Stanislaus Scholcz, scabinus, iuratus civis leopoliensis, recognovit: quod ipse in nundinis sniatynensibus proxime preteritis emit certum numerum boum a Sima Warsi et a Nicoresio, magno teloneatore walachico, quibus solutione in parte prestita, restat adhuc quatuor millia quadrigentos et decem taleros, pro festo usque Pentecosten, partim parata pecunia, partim vero mercimomiis solvendos. Idque ex chirographaria quam illis dedit obligatione, in qua etiam dixit hanc specialiter esse appositam conditionem quod iidem creditores solutionis tempore de prefata summa promiserunt sibi aliquid dimittere. Talia vero pro bobus debita retulit quoque iisdem Simae et Nicoresio debere Iosephum Nachimowicz, Iudeum leopoliensem. sexcentos quadraginta taleros, et hoc sub cautione sua fideiussoria per chirographum prestita, ad cuius debiti rationem asseruit creditores eosdem suo cum scitu accepisse ab eodem Iosepho decem petias telae colnensis, unamquamque petiam octo taleris computando. Quod et ipse Iosep Iudaeus sic et non aliter esse fassus est libere, dicens eius debiti solutionem sibi imminere ad festum Sancti Nicolai futurum, sub tempus colomiensium nundinarum, pannis lundinensibus; sed prefatus Stanislaus Scholcz contra dixit nonnisi ad presens tempus eam solutionem fieri debere;— de hoc quoque nihil sciens, licet ipse chirographum scripserit, an tale debitum pannis assertis solvi necne?

Caeterum alios boum walachicorum emptores, apud quos, talia debita possent etiam queri idem Stanislaus Scholcz nominavit Chaimiecz Iudaeum de Buczacz, Grotum, civem posn[ensem], cum nobili Jaszowski, et Iudaeos aliquot sniatynenses. Ex quorum numero in eadem civitate protunc repertus Chaymiecz, ultro recognovit se iisdem Nicoresio et Simae,

walachicis teloneatoribus, debere triginta unum stamina lundinensis panni et mille ducentos viginti quinque taleros. Cuius debiti solvendi tempus dixit se habere ad Sanctorum Simonis et Iudae festi proxime futurum. De aliis autem Iudaeis seniores Iudaeorum civilium ac suburbanorum, facta in sinagogis suis inquisitione, nihil aliud retulerunt quam quod sciant Samuelem Iudaeum in proximis preteritis sniatinensibus nundinis boves emisse, quorum nescivit numerum, eosque his diebus Radimni vendidisse ac pro precio repetendo Cracoviam esse profectum. Verumquidem an aliquid debeat, ut de illo, sic et de aliis, tam occasione debitorum quam etiam occasione depositorum quorumvis, dixerunt se nihil scire. Itaque, quoad boum mercaturam, talibus recognitionibus acceptis, dum alii cives mercatores nec debere, nec scire se quicquam dicerent, debita eiusdem confessa, instante memorato d. tesaurario, ad hunc actum nuncio seu mandatario Maiestatis Regiae, apud singulos eosdem recognoscentes per officium civile sunt arrestata et ne cuipiam extradantur ad informationem usque Maiestatis Regiae inhibita. Porro ad inquisitionem de argento, ad quod ipse Iancola Pallatinus pro certis aurifabrilibus suppellectibus in ea civitate leopoliensi elaborandis coram iisdem Magnificis (ut asserebant) fassus est, teloneatori suo Nicoresio dedisse quinque iucos talerorum, que faciunt in summa duodecim millia et quingentos taleros. Prefatus Stanislaus Schokz recognovit. „Rogatus", inquit, „existens a memorato Nicoresio, teloneatore walachiensi, dabam hic Leopoli operas certas argenteas, ornate et polite elaborandas, magistris aurifabris, quibus ex pacto ponens me fideiussorem, argentum aut taleros pro argento suppeditabam. Atque id quidem partim de manibus Manuelis, factoris eiusdem Nicoresii, accipiendo, partim vero, ob meam cum ipso negociationem, de meo proprio in mutuum subministrando, factis tamen aliquotiens rationibus, post elaboratas, acceptas ipsique Nicoresio, gubernante adhuc Iancula Pallatino, remissas et ab eo solutas nonullas operas, quod adhuc reliquum parari debuit, de hoc, inquit, habetur inter me et inter

Ioannem Rotendorff aurifabrum intercisae literae". Quas cum ostendisset, ex iisdem apparuit Stanislaum Scholcz dedisse ad operandum dicto aurifabro quingentas et novem marcas argenti, quibus per probam decesserunt (ceu eaedem literae testantur) duae marcae et scoti decem. Ipsius vero aurifabri contractus fuit talis:

[Se pomenesc, în limba polonă, obiectele pe care el trebuie să le execute.]

Super quem contractum idem Stanislaus Scholcz, nihil aliud sibi Nicoresium prefatum debere fassus est preter quam quod inquit: „ad easdem prefatas auri fabriles operas ex parte illius effideiussi apud Isaakowa Iudaeam sexcentos quinquaginta florenos pro argento, preterea quod pro mercede laboris, ut dictum est, aurifabro feci sponsionem, cuius etiam aurifabri intercisae literae antea per officium civile, sub dicti Stanislai absentia interceptae, de eodem argenti, ut dictum est, pondere et contractu conformiter testantur. Quare tam Stanislaus Scholcz, fideiussor, ne ob cautionem suam damnum aliquod incurrat, quam etiam Ioannes aurifaber, ne in hisce adeo sumptuosis operibus (quarum causa multo tempore socios multos fovisse et adhuc fovere se ait) iusta sua frustretur mercede, apud Sacratissimam Maiestatem Regiam sibi in hac parte opitulari rogabant et orabant.

Magnifici vero tesaurarius et capitaneus loci, auditis his recognitionibus, iusserunt operas prefatas argenteas ad sui presentiam comportari ; quas videntes in valore tantum trecentarum viginti marcarum argenti ad pondus computatas et apportatas, easdem in pretorio ibidem apud presens consulare officium pro deposito fideli ad informationem Sacrae Maiestatis Regie reliquerunt servandas. Quod autem residuam dicti argenti partem attinet, quia dicebant prefati recognoscentes nondum esse elaboratam, relinquentes interim eandem penes se, donec Regia Maiestas de cautionibus memorati Stanislai Scholcz, atque etiam de ipsius aurifabri mercede, clementer aliquid constituerit, Magnifici iidem qui supra, omne id quod desiderabatur sub

arresto penes eosdem recognoscentes, ita relictum iri permiserunt, ut postea, quatenus hoc Regiae Maiestati visum fuerit, istud etiam argentum residuum ad eiusdem Regie Maiestatis apportandam informationem reponant et conferant. Quam in rem coram officiis presentibus et Stanislaus Scholcz et aurifaber prefatus, parte ab utraque, obligaverunt sese, etiam atque etiam implorantes ad premissa singularem Maiestatis Regiae gratiam et clementiam, cui suas prefatas rationes ipsi humilime submiserunt et ab officialibus prenominatis commendari petierunt. Postea requisitus est de premissis Manuel Graecus, Nicoresii teloneatoris walachiensis factor, qui ad suam conscientiam recognovit nihil se scire quid suus dominus cum Iancola Pallatino habebat negocii, aut quid ab eo pro argenteis parandis prefatis operibus acceperit, aut quibus contractibus boves alicui vendiderit, sed tantum manere se in ea civitate continue propter debita illius emonenda, quibus emonitis et perceptis, partim ea domino remittebat, partim vero solvebat et dabat Stanislao Scholcz pro argento ad prefatas argenteas operas; super quas dixit etiam se hic Leopoli Iudaeis et creditoribus nonnullis ex tenore debere tria millia et quingentos taleros. Prout ibidem ad inquisitionem presentem accersitus Andreas Danilo, Graecus, ex parte sua recognovit quod eidem Manuiloni dedit in mutuum mille et quingentos taleros ad prefatas argenteas operas continuandas, ac etiam amplius in eandem rem apud Isaacum, Iudaeum leopoliensem, illi quoque quingentos taleros, ut asserebat, effideiussit. Quibus in summis habebat loco pignoris duo frusta argenti de operibus elaboratis, plus aut minus ad triginta marcas ponderata, et ea frusta argenti ad aurifabrum propter praesentem inquisitionem per manus ipsius Manuilonis contulit. Itaque prefatus Manuilo nihil se bonorum aut debitorum domini sui habere aiebat preter literas nuper sibi allatas, quibus significat se a Petro Palatino moderno circa prefecturam teloneorum esse conservatum. Quaesitus autem amplius idem Manuilo quot et que debita adhuc dominus eius apud aliquos habeat, respondit: Gabrielem Kaprus,

Armenum civem leopoliensem, et pro suis et pro aliorum Armenorum unius comitivae curribus debere, nomine thelonei walachiensis, a mercibus nunc iam post discessum Iancolae (ubi erant Petri moderni Pallatini provisores) transvectis, mille et quingentos octo taleros, verum ad eiusdem telonei rationem, interea gubernante prefato Iancola Pallatino, fassus est recepisse vasculum argenteum a famatis Zacharia et Nicolao Bernathowicze, valoris centum octoginta florenorum, quod vasculum dominus suus teloneator (cui illud remisit) in theloneum, supputanda reatione, defalcare eisdem debuit, prout et ipse Gabriel Kaprus Armenus hoc idem fassus est, dicens solutioni eiusdem debiti tempus nunc fore, post quatuor hebdomadarum decursum. Et ibidem stantes quoque famati Armeni seniores iurati, sub fide et conscientiis suis retulerunt quod ex suis inquisitionibus, in sua item natione diligenter, ut asserebant, de presenti negocio factis, nihil aliud expiscari poterant nisi quod a Gabriele prefato recognitum est et quod tantum Philipi Wasilowicz gener, Christopherus, de quorundam eorum scientia restat quoque teloneatori walachiensi, nomine telonei anno superiori retenti, citra vel ultra viginti taleros. Insuper quos etiam Manuel prefatus debitores domini sui nominavit, comparentes ad eiusmodi inquisitionem graeci mercatores, qui nunc, pridem mense preterito, cum advectis vasis malvatici ad emporium civitatis eiusdem leopoliensis venerunt, suas tales deposuerunt recognitiones: quod scilicet nomine telonei finitimi walachiensis Nicoresio, illius terrae teloneatori, debent a vasis malvatici per illam terram, gubernante adhuc Iancola Palatino, transvectis:

Antonius Ierakari trecentos quadraginta unum taleros, ad quorum rationem dixit prefatum teloneatorem walachiensem accepisse iam vas unum malvatici eo precio defalcandum, quo alia vasa Leopoli interim venduntur.

Item Leoni Graecus ducentos quadraginta taleros et Georgius Paczo, de Retyno, atque Dzianis de Rona ambo conniunctim taleros ducentos quadraginta. Qui mercatores externi, dum apud eos ex officio presenti talia arestarentur

debita, petebant utique cautum sibi aliquo modo fieri, ne deinde propter suas chirographarias obligationes, in suo per terram illam reditu, ad aliam solutionem, quando eam hic in regno semel facient, iterum cogantur, dicentes etiam in suis prefatis obligationibus habere teloneatoris reservatam promissionem, qui eis obtulit de summis prefatis circa earundem solutionem more consueto in gratiam dimittere aliquid. His ergo inquisitionibus et arrestationibus per prefatos Magnificos et per officium presens civile studiose factis, cum interim de aliis id genus personis nihil tale ad notitiam pervenire potuisset, ulterior demum inquisitio commissa atque subdelegata est per ipsum Magnificum Curiae regni tesaurarium generoso Constantino Corniacto, teloneorum Russiae prefecto, quem Sua Generositas vigore prefatarum Regiae Maiestatis literarum omnibus modis melioribus formaque mandati sui plenissima ad eum totum actum continuandum et exequendum in suum locum substituit et reliquit.

(Ibid., pp. 912-8.)

CCXXVII.

Miercurĭ după Omnium Sanctorum (7 Novembre) 1582.

Corniactus și Ioan Komorniczki, „erarii Sacrae Regiae Maiestatis servitor", presintă consulilor scrisorĭ regale din Varșovia, 24 Octombre. Ordonă Lioveniloŗ a complectà cercetările. Să i se transmită cele 59 de mărcĭ de argint, „neque curae est nobis caelatumne an informe fuerit argentum, modo ne aliquid ponderi desit". Corniact se va învoi cu meșterĭ „ne penitus se a mercede sua esse exclusos aliqui conqueri possint". I s'a dat ordin a face și plățile trebuitoare „ex coactione residui debiti..., quo etiam sexcentorum quinquaginta florenorum illius Iudeae debitum referri iussimus".

Se chiamă Rottendorf, care pretinde că a dat o parte ca zălog pentru nevoile lucruluĭ său. Stanislaŭ cere a fi iertat de garanție pentru Evreŭ. Se constată că nu se pot face

plățile, debitorii neplătind, „metu scilicet difficultatum aut damnorum que potissimum in transitu per terram Valachiae (nisi alias cautum sibi foret) aiebant se plurimum vereri". Se fixează plata argintarului la un florin și 15 groși de fiece marcă. I se dă în argint nelucrat plata. Restul e trimes regelui. Se îndatorește Constantin a plăti, cînd va încasa, datoria Evreicei.

(Ibid., pp. 921-3.)

CCXXVIII.

1583.

Ad querellam Luponi Walachi, vectoris de Iassi, contra Sinan, turcicum mercatorem de Silistra, citatum pro mercede ab adductis in eam civitatem de Walachia mercibus, ex pacto et convento repetita, postquam ipse Sinan solutionem totius prefatae mercedis dicto vectori denegasset, asserens eas merces quas adduxit non suas tantum, sed alterius quoque mercatoris fuisse, utpote Kiemali Turcae de Vrusczuk, qui nuper hic, Leopoli, apud famatum Andream Simonowicz est mortuus, actor vero contradiceret probaturumque se offerret quod ipse de eiusmodi vectura cum eodem solo citato pactum et contractum fecerit...", e condamnat a plăti, cu voie de a preleva 12 taleri din marfa mortului. Martori: Ioan „Neophitus", din Cameniță, și „Sadik, turcicus mercator".

(Ibid., p. 992 [1].)

CCXXIX.

Luni după Invocavit (28 Februar) 1583.

Corniact citează pe Scholcz, Kaprus și Grecii Ierakari, „Leoninus", Gh. Paczo și Ioan Dzianis, „candiotis mercatoribus, graecis advenis". Presintă ordin regal: Niepolomice, 11 Februar 1583, pentru încasarea restului datoriilor. Citații obiectează: „ipsi Iancolae, olim Palatino Walachiae, nihil de-

[1] Corniact e menționat și la p. 998.

bebant, nec debent, asserentes se nulli altero obstrictos esse preterquam Simae et Nicoresio, walachicis magnis teloneatoribus, ad sua chirographa, que ante omnia vellent sibi restitui, ut postea ab illis creditoribus suis nominatis, quotiens eos de hoc regno Poloniae vel ad hoc regnum per illam terram proficisci aut merces vehere contigerit, ab iisdem debitis deinceps solvendis immunes, tuti, liberi atque securi sint. Ut autem chirographa, propter suam securitatem et propter casus varios humanos, optant habere, ita etiam propter certa chirographorum eorundem contenta, quibus scilicet modus solvendi erat prescriptus, ac circa solvendum gratia illis per prefatos teloneatores fuit promissa, ac preterea quod etiam super illa debita et chirographa, ceu ex ipsa patet inquisitione, ad rationem nonnihil conferebant..."

Scholcz obiectează că e dator luĭ Nicoresiu și că n'a sosit termenul.

